MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80596-22

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

MUELLER, FRIEDRICH

TITLE:

QUAESTIONES GRAM-MATICAE DE GAR...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1910

Master Negative #

92-80596-22

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.5
Z8
v.17

Mueller, Friedrich, 1883-

Quaestiones grammaticae de γάρ particvlisqve adversativis envntiata eorvmqve membra conivngentibvs. Dissertatio...qvam...scripsit Fridericvs Mveller... Gottingae, officina academica Dieterichiana, 1910.

112 p. 22½ cm.

Thesis, Göttingen.

Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 05.27.1992 INITIALS EWR
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



Centimeter

Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



887.5 Z8
Columbia University
in the City of New York
LIBRARY

no. 1
887.59
2760

QVAESTIONES GRAMMATICAE

DE γάρ PARTICVLISQVE ADVERSATIVIS ENVNTIATA EORVMQVE MEMBRA CONIVNGENTIBVS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FRIDERICVS MVELLER

BEROLINENSIS.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT

MCMX.

887.5
Z8
v.17

De dissertatione probanda ad ordinem philos. rettulerunt
F. Leo et P. Wendland.
Examen rigorosum habitum est a. d. XVI kal. Jan. MCMX.

PARENTIBVS
S.

Prooemium: de Eur. Alc. 682. quaestio critica.

Versum Eur. Alc. 682. Vaticanus 909 atque Parisinus 2713 tradunt ita: *κἄθρεψ', ὀφείλω δ' οὐχ ὑπερθνήισκειν σέθεν.* Pro *ὀφείλω δ'* legitur in Laurentiano XXXII, 2 et Palatino 287 *ὀφείλων.* Quarum lectionum prior, quae est *ὀφείλω δ'*, qua ratione improbari possit equidem non video. Hanc veram esse censuerunt adhuc ad unum omnes, ni fallor, viri docti, commendatur autem haec lectio certa quadam re. Persaepe enim duo enuntiata in versibus trimetris non solum Euripidis, sed etiam Aeschyli Sophoclisque, *δέ* sive *τε* particula ita inter se coniuncta leguntur, ut alterum incipiat aut post primam *ἄρσιν* aut post alteram *θέσιν* i. e. ante caesuram. Quae distinctio quoniam tam saepe fit, ut neminem nonnullis perlectis versibus effugere possit, vereor ne si exempla enumerem taedio legentes afficiam.

Sed haec res nullo modo est idonea quae demonstret alteram lectionem *ὀφείλων* hic ferri non posse; nam etiam participia et quae eorum sunt iisdem versus locis poni pauca pro multis haec docent exempla:

Eur. Her. 222. 3: *οὐδ' Ἑλλάδ' ἥινεσ', οὐδ' ἀνέξομαί ποτε*
σιγῶν, κακίστην λαμβάνων ἐς παῖδ' ἐμόν.

ibid. 1156. 7: *ποῖ κακῶν ἐρημίαν*
εὕρω, πτερωτὸς ἢ κατὰ χθονὸς μολών;

ibid. 1326. 7: *ἃ δ' ἐκ πολιτῶν δῶρ' ἔχω σώσας κόρους*
δὶς ἑπτά, ταῦρον Κνώσιον κατακτανών

cf. praeterea e. gr. Eur. Her. 1382 I. T. 522. 705. 799. 1421. Qua in re participia ipsa obtinere solent aut locum post caesuram aut trimetri finem, non locum ante caesuram, quod faceret *ὀφείλων* participium eo de quo nunc agitur loco.

Sed tamen primo obtutu aliquid speciosius habere videtur *ὀφείλων* lectio. Itaque Eduardus Schwartz *ὀφείλων* participium alteri lectioni praeferendum esse docebat in scholis. Ad hanc autem sententiam se adductum esse dicebat collocatione *οὐ* negationis post verbum suum positae. At eadem negatio collocata est post idem *ὀφείλω* verbum etiam Eur. Hel. 1448:

κέκλησθέ μοι, θεοί, πολλὰ χρήστ' ἐμοῦ κλύειν
καὶ λύπρ'· ὀφείλω δ' οὐκ ἀεὶ πράσσειν κακῶς.

Accedit quod hic eundem atque illic versus locum occupat *οὐ* negatio. Post caesuram enim est collocata, id quod non est praetermittendum. Ex ea re, quod et Alcestidis et Helenae hoc versu *οὐ* negatio collocata est et post verbum regens atque simul post versus incisionem, apparet hoc loco positam esse negationem a poeta eo consilio, ut hac collocatione augeretur vis negandi. Nam hac eadem de causa *οὐ* negationem persaepe invenimus positam post caesuram.

Rhes. 598. e. gr. equidem non video aliam causam, de qua *ἄνδρα* substantivum initium faciat novi enuntiati:

δίδωσιν; ἄνδρα δ' | οὐ πέπυσθε σύμμαχον
Τροίαι μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλωι τρόπωι;

Eadem de causa iis praecipue locis, quibus ei rei, cui addita est negatio, contrarium opponitur aut *δέ* aut *ἀλλά* particula, hanc negationem locum post caesuram occupare ex his duobus locis colligi potest:

Rhes. 656.7: *ἥκω δ' ἀκούσας | οὐ τορῶς, φήμη δέ τις*
φύλαξιν ἐμπέπτωκεν ὡς.

ibid. 928.9: *δίνας· τρέφειν δέ σ' | οὐ βρότειον ἐς χέρα*
Στρυμὼν δίδωσιν, ἀλλὰ πηγαίαις κόραις.

Aesch. Sept. 529. *οὐδέ* particulae duae partes, quae sunt *οὐ* negatio atque *δέ* particula, inverso ordine ita sunt collocatae, ut *δ'* particulae forma elisa legeretur posita ante caesuram, *οὐ* negatio post eandem:

ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,
μακρᾶς κελεύθου δ' | οὐ καταισχυνεῖν πόρον.

Quod idem fit e. gr. Archilochi fr. 19, 1 sqq. Hiller-Crusius:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει,
οὐδ' εἶλέ πώ με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι
θεῶν ἔργα, μεγάλης δ' | οὐκ ἐρέω τυραννίδος.

Cum his locis convenit Aesch. Sept. 382, nisi quod hic *δέ* particula ab *οὐ* negatione separatur *κώδων τ'* verbis intercedentibus, quae *τε* particula coniuncta sunt cum *λόφοι* nominativo, qui obtinet versus initium:

οὐδ' ἑλκοποιὰ γίγνεται τὰ σήματα,
λόφοι δὲ κώδων τ' | οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός.

Optime illustratur haec res versu Aesch. Pers. 496, ubi sensus flagitat, ut *οὐδαμοῦ* negatio post caesuram posita pertineat ad *νομίζων* participium, quod quoniam locum obtinet ante caesuram hac versus incisione separatum est a negatione illa; neque autem ad *ἦρχετο* verbum finitum, quod eiusdem versus finem facit et seiungitur ab *οὐδαμοῦ* negatione nonnisi una *τότε* vocula:

θεοὺς δέ τις
τὸ πρὶν νομίζων | οὐδαμοῦ τότ' ἦρχετο
λιταῖσι. Eadem *οὐδαμοῦ* negatione locum post caesuram occupante quae coniungenda sunt dirimuntur, quae secernenda sunt inter se commiscentur Soph. O. R. 565: *οὔκουν ἐμοῦ γ' ἑστῶτος | οὐδαμοῦ πέλας. οὐδαμοῦ* enim negatione corroboratur *οὔκουν* negatio, cohaerent autem arte inter se *ἐμοῦ γ' ἑστῶτος πέλας* verba.

Denique Rhes. 968. 9 hac eadem de causa *οὔτε* negationem priorem alterius versus initium facere membrorum responsione obscurata equidem persuasum habeo:

οὐ γὰρ ἐς ταὐτόν ποτε
οὔτ' εἶσιν οὔτε μητρὸς ὄψεται δέμας.

Careri igitur potest coniectura Kirchhoffii, qui 969 *ἔτ' εἶσιν οὐδὲ κτλ.* scribi voluit. *μητρὸς* autem genetivus *ἀπὸ κοινοῦ* accipiendus est ita, ut *μητρί* dativus mente supplendus sit ad *οὔτε ἐς ταὐτόν ποτε εἶσιν* membrum prius.

Ergo Eur. Alc. 682 *οὐ* negationis collocatio non obstat, quominus *ὀφείλω δ' οὐ* lectionem veram habeamus. *ὀφείλω* autem verbum ante ipsam trimetri caesuram collocetur necesse est. Eundem versus locum occupat hoc verbum etiam Soph. Ant. 331: *σωθεὶς ὀφείλω | τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.* Rhes. 957: *ἔπεμψ' · ὀφείλων δ' | ἦλθε συμπονεῖν ἐμοί.* Neque vero *ὀφείλω* verbum solum semper ante trimetri caesuram positum legimus, sed omnia vocabula ea, quae constant e brevi una syllaba duabusque longis. Quod fit ea de causa, quod huius mensurae vocabula alterum trimetri locum, ubi versus metrum per se ea admittit, i. e. quartum pedem atque quinti thesin occupare non possunt propter legem Porsonianam.

Sed putemus cum Schwartzio *ὀφείλων* participium recte esse traditum. Iam pertinet enuntiatum id, quod *οὐ γάρ* voculis adnexum sequitur *ὀφείλων* participium, non ad totum quod antecedit enuntiatum sed ad illud tantum participium coniunctum. Ad hanc rem comprobandam comparavit Eduardus Schwartz *κακῶς φρονῶν* participii usum Eur. Heracl. 56. At hoc quidem participium alius est generis aliaque ratio intercedit hoc loco inter enuntiata singula. Eodem participio plane eadem ratione idem usus est Euripides Med. 250: *κακῶς φρονοῦντες.* Iis quae adnotavit ad hunc versum recte iudicavit Arnimius de horum participiorum vi atque usu. Iudicium continent haec participia eius qui loquitur de iis quae dicta sunt enuntiato eo cui additum est tale participium.

Proximo autem quod sequitur capite illustrare mihi liceat exemplis quam accuratissime collatis, quo modo usi sint poetae tragici in trimetris et oratores Attici his participiis coniunctis quibus iudicatur de praegressis, quatenusque singuli talia participia aut admiserint aut vitarint.

I. De *γάρ* particula ad membra epicritica pertinente.

1. De participiis epicriticis, quae confirmantur argumentis adnexis *γάρ* particula.

Hanc iudicandi rationem, qua participio coniuncto iudicium addunt de antecedentis verbi finiti actione, *ἐπίκρισιν* appellaverunt veteres: cf. anonymi *περὶ σχημ.* apud Spengel. rhett. 3 p. 122: *ἐπίκρισίς ἐστιν τοῦ λέγοντος περὶ τῶν προρρηθέντων.* Quae participia coniuncta atque partes orationis pari modo usurpatas „epicritica" appellare mihi liceat, ut breviter rem enuntiem atque simul significanter.

Paucis comparatis exemplis adumbravit hanc rem Kuehner-Gerth, ausführl. Gramm. der griech. Spr. § 487, 6 sub finem nec praeter Med. 250 tragicorum exemplum affert. Breviter tractavit haec participia Stahl, Krit.-hist. Syntax des griech. Verbums der kl. Z. (Heidelb. 1907) S. 708, 1. Pauca aliorum, oratorum Atticorum permulta exempla collocavit Frohberger-Gebauer ad Lys. 13, 70 in appendice, tragicorum tantum Heracl. 56. Med. 250. Quae exempla notabo „Fr." litteris.

Enuntiata ea quae sequuntur haec participia coniuncta cum praegressis Heracl. 56. *γάρ* particula, Med. 250. *ὡς* particula, quoniam iudiciis illis probandis inserviunt, patet spectare ad haec tantum participia, non ad universum quod praecedit enuntiatum. Haec enuntiata coniuncta inveniuntur cum praegressis plerumque *γάρ*, *οὐ γάρ*, *καὶ γάρ* particulis, raro *ὡς* particula, quam quod attinet ad huius generis exempla nusquam inveni nisi Medeae versu laudato. Huius *γάρ* particulae munere fungi videbimus hic illic pronomen relativum id quod positum est pro pronomine demonstrativo atque *γάρ* particula.

a. De poetis tragicis.

κακῶς φρονῶν participium usurpatum epicritice nusquam alibi nisi his duobus versibus Euripideïs adhuc in-

veni. Eduardus Schwartz nos docuit in scholis, id quod discere iuvat, poetam hoc participio imitari *νήπιος* adiectivum Homericum, quod eodem consilio atque eadem ratione usurpatum legitur e. gr.

B 37: *φῇ γὰρ ὅ γ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνωι: νήπιος, οὐδὲ τὰ ἴδει* —

Nam enuntiato eo quod hoc loco similibusque *οὐδέ* particula adnexum sequitur *νήπιος* adiectivum, explicatur, qua de causa atque quo iure stultus habeatur ille. Ergo pertinet hoc enuntiatum ad *νήπιος* tantum adiectivum, quod ut appositio additum est ad enuntiati subiectum. cf.

X 445: *νηπίη, οὐδ' ἐνόησεν ὅ μιν* —
Hes. op. 40: *νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσωι* —[1])
Hes. op. 456: *νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδ'* —

Sed ut redeamus ad Euripidem, hic duobus aliis praeter hoc ita usus est participiis: Alc. 202.3: *ταμήχανα | ζητῶν· φθίνει γὰρ.* fr. 406,6 sq. Nauck, servati ex Inone fabula: *νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν ῥίπτοντες· οὐ γὰρ.*

Plane convenire cum Euripide Aeschylum hoc genere iudicandi demonstrat Pers. 452[2]):

κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν· ὡς γὰρ θεὸς —

Unum tantum hunc Aeschyli locum habeo quem afferam, sed talem quidem, quo res dilucide appareat. At in Sophoclis trimetris nullum talis participii, quo iudicatur de praegressis, exstat exemplum.

1) Alia quoque participia legimus similiter usurpata in carminibus Homericis Hesiodeisque:

E. 739: *δεινήν, ἣν πέρι* —
Hes. Th. 935: *δεινούς, οἵ τ'* —
Th. 954: *ὄλβιος, ὃς* —

2) In Aeschylo laudando utar numeris Kirchhoffianis.

b. De oratoribus.

Nullum praeter haec tragicorum exemplum habeo quod addam. Sed minime haec iudicandi ratio tragicorum tantum generis dicendi propria est. Immo, longe lateque divulgata esse videtur inter varios variorum temporum scriptores atque poetas Graecorum, quippe qua usus sit Libanius argumenti Dem. 18,6: *τεχνικῶς ποιῶν· δεῖ γὰρ.* Certe oratores Atticos haud raro participiis coniunctis sua fecisse iudicia de praegressi verbi finiti actione docebunt ea quae nunc sequentur.

Antiphon semel tantum usus est participio epicritico, 5,34: *τοὐναντίον ποιήσαντες ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι* —

Duo exempla praebent orationes Andocideae: 1,19 (Fr.): *λόγον οἶμαι πάντων δεινότατον καὶ ἀνοσιώτατον λέγοντες· ὁ μὲν γὰρ·* [A.] 4,32 (Fr.): *οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντες· οἱ γὰρ.*

Item Lysias duobus tantum locis ad iudicia facienda participia ita usurpavit: 13,70 (Fr.): *ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί· οὔτε γὰρ*[1]). 18,18 (Fr.): *ὀρθῶς βουλευόμενοι· ἔτι γὰρ.*

Neque ab Isocratis genere dicendi alienum est participiis coniunctis addere iudicia facta de antea dictis. Cuius rei haud pauca haec praesto sunt exempla: 4,136.7 (Fr.): *δικαίως ἁπάντων ἡμῶν καταπεφρονηκώς· διαπέπρακται γὰρ.* Optime illustrat hunc participii usum 5,7 (Fr.): *σωφρονοῦντες· ὅπως γὰρ οὖν*[2]). 8,100: *οὐκ ἀληθῆ λέγοντες· οὐ γὰρ.* 9,54 (Fr.): *ἀμφότεροι προσήκοντα ποιοῦντες· τῶι μὲν γὰρ.* 9,58.9 (Fr.): *δίκαια μὲν οὐ ποιῶν, οὐ μὴν παντάπασιν ἀλόγως βουλευσάμενος· ἠπίστατο μὲν γὰρ.* 10,23 (Fr.): *πρέποντα τῆι συγγενείαι ποιοῦντες· ἐξ ἀδελφῶν γὰρ*[3]) *γεγονότες* —. 11,45 (Fr.): *ῥαιθυμοτάτην*

1) cf. quae adnotavit Frohbergerus ad h. l.
2) cf. Schneiderum.
3) *γάρ* Urbinas atque Vaticanus, *δέ* vulgata ante Bekkerum lectio.

τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὑρίσκων καταφυγήν· εἰ γὰρ. 12,229. 30: οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντες ἀλλὰ διημαρτηκότες ἀμφοτέρων ἡμῶν· ὁ μὲν γὰρ. 13,5.6 (Fr.): πρὸς μὲν τὴν ἀσφάλειαν εὖ βουλευόμενοι, τῶι δ' ἐπαγγέλματι τἀναντία πράττοντες· τοὺς μὲν γὰρ. 16,41.2: ἀνόμοιος πολίτης Χαρικλεῖ τῶι τούτου κηδεστῆι γεγενημένος, ὅς —.

Haud ita raro Isaeus participiis usus est epicriticis, et his quidem sex locis: 2,23: ἐπίφθονον πρᾶγμα καὶ οὐ δίκαιον ποιῶν· ὄντων γὰρ αὐτῶι —. 6,13: πρᾶγμα πλάττοντες[1]) ἀναιδείαι ὑπερβάλλον καὶ οὐδὲ γενόμενον, ὡς ἐγὼ ὑμῖν ἀποφανῶ ἐκ τούτων πρῶτον ὧν αὐτοὶ ἀπεκρίναντο· τῆι μὲν γὰρ στρατίαι —. 7,23.4: λέγοντες τοῦτο μὲν ἀληθές, ἐκεῖνο δ' οὐ προσῆκον· τί γὰρ ἧττον —. 7,41: ἐστράτευμαι τὰς στρατείας τῆι πόλει, τὰ προσταττόμενα ποιῶν[2])· τοῦτο γὰρ τῶν τηλικούτων ἔργον ἐστί. 11,1 (Fr.): οὐκ ἀληθῆ λέγων· οὐ γὰρ ἦν —. 11,27 (Fr.): οὐδέτερ' ἀληθῆ λέγων· οὔτε γὰρ ἂν —.

Etiam in orationibus Demosthenicis et genuinis et iis quae sub clari oratoris nomine feruntur hic illic ad iudicandum de iis quae dicta leguntur enuntiato aliquo usurpata inveniuntur participia coniuncta. Multa quae usque ad nostra servatae sunt tempora orationes non pauca haec suppeditant exempla: 18,18 (Fr.): οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι· οἷς γὰρ. 18,97 (Fr.): ὀρθῶς καὶ καλῶς βουλευόμενοι· πέρας μὲν γὰρ. 18,284: καὶ προσεποιοῦ φιλίαν καὶ ξενίαν εἶναί σοι πρὸς αὐτόν, τῆι μισθαρνίαι ταῦτα μετατιθέμενος τὰ ὀνόματα· ἐκ γὰρ ποίας —.

Hoc enim participio iudicat Demosthenes Aeschinem mentiri cum dicat se esse amicum atque hospitem Philippi regis, a quo re vera acceperit pecuniam.

Dilucide haec res apparet 19,2: δεινότατον πάντων ἔθος εἰς τὴν πολιτείαν εἰσάγων καὶ ἀσυμφορώτατον ὑμῖν· εἰ γὰρ. 19,36: καὶ μετὰ ταῦτ' ἀνεγιγνώσκεθ' ἡ ἐπιστολή,

1) πράττοντες Crippsianus: πλάττοντες Bekkerus.
2) ποιῶ libri, Thalheimius: ποιῶν Reiskius.

ἦ . . ., ἄντικρυς οὕτως καὶ διαρρήδην ἀπολογία γεγραμμένη τῶν τούτοις ἡμαρτημένων· καὶ γὰρ. 21,9 (Fr.): καλῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ συμφερόντως ἔχων ὁ νόμος, ὡς τὸ πρᾶγμ' αὐτὸ μαρτυρεῖ· ὅπου γὰρ. 23,72.3 (Fr.): ὀρθῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πάντα ταῦτα λέγων ὁ νόμος· καὶ γάρ. Hoc loco subiectum repetitum est ut simili eo qui antecedit. 24,59 (Fr.): καλῶς καὶ δημοτικῶς λέγων· ὥσπερ γὰρ. 24,124: πονηρῶν καὶ ἀχαρίστων οἰκετῶν τρόπους ἔχοντες· καὶ γὰρ. 37,13: νοῦν ἔχοντες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κατ' αὐτό γε τοῦτο· ἑώρων γὰρ. 37,23 (Fr.): ψευδόμενος· πῶς γὰρ ἐγὼ —. [D.] 42,27 (Fr.): ψευδόμενος καὶ οὐ δικαίως χρώμενος τῆι ἀποφάσει· διὰ τί γὰρ ἐγὼ —. [D.] 50,25.6: οὐκ ἀπείρως ἔχων· διὰ γὰρ ἐκείνου —. [D.] 58,31 (Fr.): ψευδόμενος· οὐδενὶ γὰρ πώποτ' —. exord. ΝΓ 4: ὁμοιότατ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν· καὶ γὰρ.

Dilucida huius generis ἐπικρίσεως exempla praebet Aeschines, qui haud raro usurpavit participia coniuncta ad iudicia de antecedentibus facienda. Cuius rei quinque exstant exempla: 1,47: πρᾶγμα οἶμαι χαλεπὸν ἐξεργάζεσθαι ἐγχειρῶν· οὔτε γάρ με. 1,71.2: πρᾶγμα οἶμαι ἀναιδές λέγοντες· οὐ γὰρ[1]) ἔγωγε ὑπολαμβάνω —. 2,20: πρᾶγμα λέγων πεπλασμένον· πῶς γάρ ἂν. 3,63: καὶ μόνος βουλευτῶν (Demosthenes) ἔγραψε σπείσασθαι τῶι κήρυκι τῶι Φιλίππου καὶ τοῖς πρέσβεσιν, ἀκόλουθα γράφων Φιλοκράτει· ὁ μέν γε[2]). 3,194 (Fr.): καλῶς οἶμαι σεμνυνόμενος· ἐγράφοντο γὰρ.

1) Post γάρ particulam falso repetunt libri A littera notati οἶμαι verbum intercalatum, alibi saepius post hanc particulam positum ab Aeschine.

2) Non duhitassem pro γε tradito scribere γάρ, nisi idem γε pro γάρ usitato eadem μέν particula praecedente (μέν γε) idem posuisset Aeschines simili hoc loco, 1,88: πολὺ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω ἔλαττον ἁμάρτημα ἡμαρτηκότες τουτουὶ τοῦ ἀνθρώπου· ἐκεῖνοι μέν γε οἱ ταλαίπωροι —.

Optime illustratur haec res 3,234: *οὐ σωφρονοῦντες· ὅτι μὲν γὰρ.*

Praeter hos quos adhuc laudavi oratores participiis epicriticis ita quidem usus est nemo nisi Hyperida atque Lycurgus. Inveni tria haec exempla: Hyp. p. Euxenipp. 37 Bl.: *ὧν ἔνιοι οὐ φροντίζουσιν, ἀλλὰ τῶν ἐργαζομένων ἀφαιρούμενοι πόρους φασὶ τούτους πορίζειν, ἀπορίαν ἐν τῇ πόλει παρασκευάζοντες· ὅταν γὰρ.*

Lycurgus nonnisi bis *καλῶς βουλευσάμενοι* participium usurpavit ad iudicandum de praegressis: c. Leocr. 69.70: *πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμενοι· Ἐτεόνικος μὲν γὰρ.* c. Leocr. 106: *οὐ μόνον εἰς τὸν παρόντα κίνδυνον, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα βουλευσάμενοι καλῶς· κατέλιπεν γὰρ.*

2. de participiis epicriticis quae varie argumentis confirmantur.

Omnibus his locis, quos adhuc contuli, adnectunt poetae atque scriptores ad haec participia *γάρ, οὐ γάρ, καὶ γάρ, ὡς* particulis enuntiata quaedam, quibus probant iudicia facta participiis illis. Sed compluribus variisque modis haec participia epicritica argumentis confirmari posse demonstrabunt ii qui nunc sequentur loci.

τί δήποτε; ὅτι pronominibus coniunxit huiusmodi enuntiatum cum antecedentibus Dem. 23,55: *πάντων γ' ὀρθότατ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦτον ἀφιείς· τί δήποτε; ὅτι.* *ὅτι* pronomen omisit Aesch. 1,29 (Fr.): *δίκαια λέγων· τί δήποτε; ἄνθρωπε, τῇ πόλει* —. *πῶς* pronomine interrogativo adnectitur idem hoc enuntiatum, quod causam continet iudicii facti participio epicritico, a Dem. 23,25: *καλῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦθ' ὑπὲρ εὐσεβείας ὅλης τῆς πόλεως προιδών· πῶς; οὐκ ἔνεσθ'* —.

Horum enuntiatorum munere funguntur raro participia coniuncta. Cuius rei poetarum tragicorum unum tantum locum habeo quem afferam, Eur. fr. 395 Nauck.:

σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων, μάτην
πόνους ἔχοντες, οὐδὲν εἰδότες σαφές.

unum oratorum, Isocr. 4,104: *συμμαχικῶς ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευόμενοι περὶ αὐτῶν, ὅλων μὲν τῶν πραγμάτων ἐπιστατοῦντες.* Quibus cum locis contulerim Ψ 90.1, ubi *νήπιος* adiectivo illi Homerico probando inservit participium coniunctum: *νήπιος, οὐκ ἐθέλων* —.

Genetivus absolutus pariter est usurpatus in iis quibus accusavit Aeschines Demosthenem apud Dem. 18,54.5: *πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα, τῶν νόμων οὐκ ἐώντων πρῶτον μὲν* —.

3. De participiis epicriticis quae argumentis non confirmantur.

Omnibus his locis quos adhuc comparavi sequitur haec participia plerumque enuntiatum, raro alterum participium, quibus elocuntur poetae vel scriptores, qua de causa ita iudicarint. Sed exstant etiam loci nonnulli, quibus argumenta omnino non afferunt iudiciorum participiis coniunctis factorum:

Dem. 57,42 alterum participium epicriticum sequitur *γάρ* particula, alterum nullo iam argumento confirmatur: *τῶι μὲν εἰς ἔμ' ἥκοντι κινδύνωι νῦν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ συμφέρον πρᾶγμα ποιήσασα· ἀπὸ γὰρ ταύτης τῆς τιτθείας ἅπασ' ἡ περὶ ἡμᾶς γέγονεν βλασφημία· τῆι μέντοι ὑπαρχούσηι πενίαι ἴσως καὶ ἀναγκαῖα καὶ ἁρμόττοντα ποιοῦσα.*

Cuius rei apud Euripidem certum hoc unum exstare videtur exemplum, Eur. Or. 1556 sqq.:

ἥκουσα γὰρ δὴ τὴν ἐμὴν ξυνάορον
ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται,
κενὴν ἀκούσας βάξιν, ἣν . . . ἀλλὰ —.

Eur. fragmenti 347. Nauck. verba corrupta non impediunt, quominus tale quid cognoscamus: *πολλοῖς πάρεστι κἀφθόνησα δὴ βροτῶν ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ἦι, λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών· τὸ δ' ἦν ἄρ'* —.

Etiam Sophocles talis quidem participii epicritici unum praebet exemplum, Phil. 1284:

ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς· ὅλοισθ' —.

Sed haec sunt omnia poetarum tragicorum exempla. Nullum enim invenitur apud Aeschylum, certe non in trimetris. Haud pauca autem praebent oratores.

Argumentis non confirmavit participia epicritica Isocrates his duobus locis: 6,27: *ἀμφότερα παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας πράττοντες.* 12,89.90: *ψεῦδος μὲν οὐδὲν λέγων, πλείω δ' ἴσως τῶν μετρίων.*

Quibus locis adnumerarim tria haec exempla: 15,14: *ὅμοιον ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἱεροσυλίας ἕτερον διώκων αὐτὸς τὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖν χεροῖν ἔχων φανείη.* Quem dicat orator his verbis, ipse nos certiores facit 18,57, ubi eodem hoc participio ad eandem rem eodem usus est modo: *ὅμοιον ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἂν εἴ τωι Φρυνώνδας πανουργίαν ὀνειδίσειεν ἢ Φιλουργὸς ὁ τὸ Γοργόνειον ὑφελόμενος τοὺς ἄλλους ἱεροσύλους ἔφασκεν εἶναι.* Similiter atque his agendi participiis patiendi participio usus est orator ep. 4,8: *παραπλήσιον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων τισίν, ἃ . . .*

Neque in Demosthenis orationibus aut genuinis aut iis quae sub eius nomine feruntur semper dicitur ibi, ubi participio coniuncto iudicatur de actione verbi finiti, qua de causa ita, non aliter sit iudicatum. Cuius rei aliquot exempla diserta exstant his duodecim locis: 8,42 fin. (Fr.): *οὐ καλῶς οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος.* 18,87: *λέγοντες ἀληθῆ.* 18,317 (Fr.): *βάσκανον πρᾶγμα καὶ ταὐτὸ ποιοῦντες σοί.* 19,133: *πρᾶγμα πολλὴν συγγνώμην ἔχον διαπραττόμενος.* 22,42: *πρᾶγμα ῥᾴδιον οἶμαι διαπραξάμενος*[1]) *τῶν μὴ τιθέντων τὰς εἰσφοράς.* 23,41 fin.: *γράψας ἀνομοίως ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶν τουτὶ τὸ ψήφισμ' εἰρηκότι.* [D.] 42,29: *οἷς οὗτος ἀπογέγραφεν ὀφείλονθ' αὑτὸν τετρακισχιλίας δραχμάς, ψευδόμενος καὶ* — (sequitur alterum alius generis participium). [D.] 44,35 fin.: *τηλικαύτην παρανομίαν προαιρούμενος παρα-*

1) Parum scite delevit Blassius *διαπραξάμενος* participium secutus Augustanum (A) atque Veneti (F) manum priorem.

νομεῖν ἕνεκα πλεονεξίας. [D.] 44,49 fin.: *ἐναντίαν τῶι πράγματι τὴν διαμαρτυρίαν ποιησάμενος.* 51,2: *οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγνωκότες ὅνπερ ἐγὼ περὶ ὑμῶν.* [D.] 61,50: *καλῶς ἐγνωκὼς αὐτὸ τοῦτ' οὐχ ἧττον ἢ καὶ τἄλλ' ἐφ' οἷς διήνεγκεν·* exord. *Θ* 1: *οὐκ ὀρθῶς ἐγνωκότες, οὐδὲ* — (alius generis sequitur participium).

Aeschines omisit haec enuntiata quibus argumentis confirmantur huiusmodi iudicia epicritica tribus locis: 1,3: *ἐπίταγμα, ὥς γε δὴ ἐγὼ κρίνω, οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες, ἀλλὰ παὶ πάνυ ῥᾴδιον.* 3,7: *παράνομον πολιτείαν πολιτευόμενοι.* 3,142: *τοῖς ὀνόμασι κλέπτων καὶ μεταφέρων τὰ πράγματα, ὥσπερ εἴωθεν.*

Hyperidae hoc unum huius rei exstat exemplum, c. Athenog. 14 Bl.: *πάντων οἶμαι παράγγελμα κάλλιστον παραγγέλλων.*

Reliquorum denique oratorum quattuor hi adiciendi sunt loci quibus participiis coniunctis iudicant de praegressis, non afferunt argumenta horum iudiciorum: Lycurgi c. Leocr. 40: *ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθέρας, περιφόβους κατεπτηχυίας καὶ πυνθανομένας, εἰ ζῶσιν, . . . ἀναξίως αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ὀρωμένας, τῶν δ' ἀνδρῶν* —. Dinarchi 1,48.9: *πρᾶγμα κατασκευάζων οὐ γεγενημένον, ἀλλὰ ψεύδεσθαι πρὸς ὑμᾶς τολμῶν.* ne aliquid omittam: [Demadae] *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας* 14: *ἐνταῦθ' ὁμοίως Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν, οὐ σωτήριον δὲ τοῖς ἔργοις συμβουλίαν εἰσηγησάμενος τοῖς πολίταις.* ibid. 31: *τοὺς πρέσβεις εἰς φρέαρ κατέχωσαν, εὐγενῶς μὲν τοῖς θυμοῖς παραστάντες, οὐκ εὐσεβῶς δὲ τῆι τιμωρίαι χρησάμενοι.*

4. De participiis epicriticis quae praecedunt verba finita.

Plerumque participia epicritica sequuntur verba ea quibuscum sunt coniuncta, id quod fit omnibus iis locis quos adhuc attuli. Multo rarius haec eiusdem generis participia praecedunt verba finita, de quorum actione con-

tinent iudicium. Quae res nimirum iis tantum fieri solet locis quibus ad tale participium non adnectuntur sequentia, ergo iis tantum locis, quibus causam non afferunt, cur ita ut dictum est participio iudicarint.

καλῶς ποιῶν participium, quo iudicant de verbi actione, solet praecedere verba finita. Ita autem hoc participio haud paucis locis usi sunt oratores Attici. Cuius rei pleraque exempla dedit Frohberger-Gebauer ad Lys. 24, 14 et 32, 17, quae notabo „Fr.“ litteris.

In enuntiatis principalibus hoc participium ita usurpaverunt tribus his locis: Dem. 10, 38 (Fr.): *μετὰ ταῦτα ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά.* exord. *Λς* 1: *πρῶτον μὲν γὰρ ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ τῶν πραγμάτων ὑμῖν αὐτόμαθ', ὡς . . ., παρίστησιν.* [Aesch.] ep. 12, 14: *καὶ δεῖται, καλῶς ποιῶν, χαρίσασθαι τὸ πατρῶιον αὐτοῖς ὄφλημα*; ter in enuntiatis relativis: Dem. 1, 28 (Fr.): *ἵν' ὑπὲρ τῶν πολλῶν ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι.* Dem. 57, 6 fin. (Fr.): *δι' ἣν καλῶς ποιοῦντες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοὺς ἠδικημένους ἅπαντας σεσώκατε.* Dem. ep. 3, 30: *αἳ μέχρι φθόης, καλῶς ποιοῦσαι, προπεπόμφασιν αὐτόν*; reliquis locis et plerisque quidem in protasesin, e quibus una incipit ab *ὅτε δὲ* particulis, Dem. 20, 110: *ὅτε δ' ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες, . . . ἄμεινον ἐκείνων πράττετε*, reliquae ab *ἐπειδὴ δὲ, ἐπειδήπερ* particulis: Dem. ep. 1, 8: *ἐπειδήπερ οἱ θεοὶ, καλῶς ποιοῦντες, σώσαντες τὴν πόλιν, ἀποδεδώκασιν ὑμῖν.* Dem. ep. 2, 2: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες ἤισθησθε.* Dem. ep. 2, 16: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες . . . διήλλαχθε.* Dem. ep. 2, 23: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦσ' ἡ δικαία τύχη τῆς ἀδίκου κρατήσασα, . . . ἀπέδωκεν ὑμῖν*, de *τύχηι* dictum pariter atque Dem. 10, 38 atque exord. *Λς* 1 supra laudatis; denique Dem. 21, 2: *ἐπειδὴ δὲ καλῶς καὶ τὰ δίκαια ποιῶν ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ —.* Videtur imprimis elocutionis Demosthenicae et praecipue quidem epistularum Demosthenicarum proprium esse *καλῶς ποιῶν* participio collocato ante verbum finitum iudicare de huius eiusdem verbi actione.

εὖ ποιῶν participio plane eodem modo atque eodem consilio atque *καλῶς ποιῶν* usus est Demosthenes nonnisi bis in oratione 23, in enuntiatis liberis, 143 (Fr.): *τοῦτο τοίνυν ἐπ' ἐκείνου μέν, εὖ ποιοῦν, οὐ συνέβη.* 163 (Fr.): *τὸν μὲν γὰρ Κότυν, εὖ ποιῶν, ὄντα γ' ἐχθρὸν ὑμῖν παὶ πονηρὸν ἀποκτίννυσιν ὁ Πύθων*; praeter Demosthenem nemo oratorum quidem Atticorum nisi Lysias uno hoc loco (3, 5), in enuntiato quod per se stat: *καὶ ἐγὼ μέν, εὖ ποιῶν, αὐτὸν ἠξίουν εἶναί μοι φίλον, οὗτος δέ ὑβρίζων καὶ παρανομῶν, ὥιετο ἀναγκάσειν αὐτὸν ποιεῖν ὅτι βούλοιτο.*

His participiis similiter usus est etiam Aristophanes. Cuius rei exempla hos duos locos habeo quos afferam: Pac. 271. 2 (Fr.):

εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν
ἀπόλωλ' ἐκεῖνος καὶ ἐν δέοντι τῆι πόλει[1]).

Plut. 863: *νὴ Δία καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται.* Ex quo concludi potest hoc genus *ἐπικρίσεως* proprium esse sermonis Attici.

Perraro sequuntur haec eadem participia verba ea quibuscum sunt coniuncta. Quae res fit apud oratores Atticos his tantum duobus locis: Lys. 24, 14: *ἀλλὰ γὰρ οὔτε ὑμεῖς τούτωι τὴν αὐτὴν ἔχετε γνώμην, οὔθ' οὗτος ⟨ὑμῖν⟩ εὖ ποιῶν.* Aesch. 3, 232: *καὶ φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστὲ καλῶς ποιοῦντες*[2]). Contulerim Menandri Periceirom. 410. 11 Koerte: *τοιγαροῦ[ν ἀπωλόμην] | καλῶς ποῶν*[3]), ubi hoc participium coniunctum est cum pereundi verbo pariter atque Aristophanis duobus iis locis quos supra comparavi, si quidem cum Grenfellio Huntioque suppleamus *ἀπωλόμην* verbum, pro quo scripsit Wilamowitzius distinctius, sed minus usitate *ἀπηγχόμην*.

1) cf. quae adnotat Leeuwenius ad h. l.

2) Pertinet *καλῶς ποιοῦντες* participium mea sententia ad *ἐστέ* verbum, non ad *φατέ*, id quod arbitratur Weidnerus ad h. l.

3) cf. Leeuwenium ad Ar. Equ. 1180.

Dem. 21, 2 s. l. coniunxit orator cum *καλῶς* [*ποιῶν*] participio epicritico *καὶ* particula alterum hoc quod est *τὰ δίκαια ποιῶν*. Hoc idem participium solum per se ad iudicandum de actione verbi finiti, quod subsequitur, usurpavit orator 25, 83, in apodosi: *τούτους ὑμῶν οἱ λαχόντες ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὰ δίκαια ποιοῦντες ἔσωιζον*.

Videmus etiam alia participia, quibus iudicatur de actione verbi, praecedere haec eadem verba. Quod confirmatur his exemplis: Isocr. 8, 12: *ἀλλ' ἑτοίμως ἔχομεν, μηδὲν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες, τριήρεις πληροῦν καὶ* —. Isae. 2, 1: *ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος οὐκ ὀρθῶς βουλευόμενος, ὡς ἐγώ φημι, πειρᾶται*. Isae. 5, 14: *Ὁ μὲν τοίνυν Μενέξενος παθὼν ἄξια τῶν ἑαυτοῦ τρόπων ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ Δικαιογένους*. Isae. 9, 34: *κατὰ τούτους γὰρ* (sc. *τοὺς νόμους*) *ἀμφισβητῶ, ὁσιωτάτην δέησιν δεόμενος, ὦ ἄνδρες, τῆς τοῦ ἀδελφοῦ οὐσίας κληρονόμον με καταστῆσαι*. Dem. 19, 99, in apodosi: *πρᾶγμα ποιοῦντες ἀνθρώπων χρηστῶν καὶ φιλανθρώπων, εὐνοϊκῶς δέχεσθε*. Dem. 20, 105: *ὡς ἆρ' οἱ Λακεδαιμόνιοι καλῶς πολιτευόμενοι καὶ Θηβαῖοι, οὐδενὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς διδόασιν τοιαύτην οὐδεμίαν τιμήν*.

5. De obiectis atque temporibus participiorum epicriticorum.

a. De obiectis.

Hi sunt omnes loci, nisi quid me fugit, quibus poetae tragici atque oratores Attici participiis coniunctis iudicia faciunt de iis quae praecedunt. Nam falso affert Frohbergerus[1]) huius rei exemplum *κακῶς εἰδότες, ὅτι* (*ὡς*) participium, quod usurpavit oratorum nemo nisi Isocrates, et hic quidem aliquot locis, quorum iis quos laudat Frohbergerus paucos habeo quos addam. Frohbergerianos autem notabo „Fr." litteris. *γάρ* particula sequitur 8, 31. 2 (Fr.): *κακῶς εἰδότες, ὡς ... τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς* —. ep. 7, 4. 5: *κακῶς*

1) Lysias[2] (Gebauer) ad 13, 70 in appendice.

εἰδότες, ὅτι ... ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν —; omissa est eadem *γάρ* particula: 12, 263: *κακῶς εἰδότας, ὅτι*. 13, 10 (Fr.): *κακῶς εἰδότες, ὅτι*. 14, 25: *κακῶς εἰδότες, ὅτι*.

Hi loci omnes inter se conveniunt, a participiis autem epicriticis differunt ea re, quod pendet ex *εἰδότες* participio enuntiatum quoddam, quod est inductum aut *ὅτι* aut *ὡς* particula atque quod format obiectum quod afficitur *εἰδέναι* verbi actione. At ni admodum fallor huius modi obiectum participiis epicriticis addi non potest ea de causa, quod ea de quibus iudicatur his participiis sunt quasi obiectum quod afficitur eorum actione. Usurpantur enim ad haec iudicia facienda

1) verba intransitiva, quae nullo egent additamento, quoniam per se sufficiunt atque idonea sunt ad iudicandum. Cuius generis sunt Isocr. 5, 7: *σωφρονοῦντες*. Aesch. 3, 234: *οὐ σωφρονοῦντες*. Quibus adiecerim, quoniam cum adverbio quasi in unum coaluit vocabulum, *κακῶς φρονῶν* participium Eur. Heracl. 56. Med. 250.

2) *ἔχειν* verbum intransitivum, cui additum est adverbium aliquod: Dem. 21, 9: *καλῶς ὦ ἀ. Ἀ. καὶ συμφερόντως ἔχων*. [Dem.] 50, 25. 6: *οὐκ ἀπείρως ἔχων*.

3) *ψεύδεσθαι* verbum generis medii, positum sine additamento: Lys. 13, 70. Dem. 37, 23. [Dem.] 58, 31. cf. Din. 1, 48. 9: *ἀλλὰ ψεύδεσθαι πρὸς ὑμᾶς τολμῶν*.

4) verba generis medii, quibus addita sunt adverbia: Isocr. 13, 5. 6: *πρὸς μὲν τὴν ἀσφάλειαν εὖ βουλευόμενοι*. Lyc. c. Leocr. 69. 70: *πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμενοι*. cf. ibid. 106. Dem. 18, 97: *ὀρθῶς καὶ καλῶς βουλευόμενοι*. Lys. 18, 18: *ὀρθῶς βουλευόμενοι*. Isae. 2, 1: *οὐκ ὀρθῶς βουλευόμενος*. Isocr. 9, 58. 9: *οὐ μὴν παντάπασιν ἀλόγως βουλευσάμενος*. Isocr. 4, 104: *συμμαχικῶς ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευόμενοι περὶ αὐτῶν*. Dem. 20, 105: *καλῶς πολιτευόμενοι*. Aesch. 3, 194: *καλῶς οἶμαι σεμνυνόμενος*.

5) verba transitiva, quibus sunt adiecta aut adverbia aut ea quae eorum sunt instar usurpata: [And.] 4, 32: *οὐκ*

ὀρθῶς γιγνώσκοντες. Isocr. 12, 229. 30: οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντες. Dem. exord. Θ 1: οὐκ ὀρθῶς ἐγνωκότες. cf. Dem. 51, 2. Dem. 23, 41 fin.: γράψας ἀνομοίως ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶι . . . Dem. 24, 59: καλῶς καὶ δημοτικῶς λέγων; καλῶς ποιῶν multis, εὖ ποιῶν nonnullis locis. Apud oratores nullum aliud adverbium cum ποιῶν participio coniunctum invenitur ad iudicium faciendum. Liban. arg. Dem. 18, 6: τεχνικῶς ποιῶν.

6) Haec verba omnia carent obiectis. Iis quae nunc sequentur verbis addita sunt adiectiva neutri generis atque pluralis numeri. Obiecta quidem formantur his adiectivis, sed talia, quae efficiantur verbi actione.

a) Articulus plerumque omittitur. Aesch. 3, 63: ἀκόλουθα γράφων Φιλοκράτει. Isocr. 8, 100: οὐκ ἀληθῆ λέγοντες. Dem. 18, 87: λέγοντες ἀληθῆ. Substantivi numerus singularis haud aliter est usurpatus Isocr. 12, 89. 90: ψεῦδος μὲν οὐδὲν λέγων, πλείω δ' ἴσως τῶν μετρίων. Isocr. 9, 54: ἀμφότεροι προσήκοντα ποιοῦντες. id. 9, 58. 9: δίκαια μὲν οὐ ποιῶν. id. 10, 23: πρέποντα τῆι συγγενείαι ποιοῦντες. Dem. 57, 42: . . . καὶ ἀναγκαία καὶ ἁρμόττοντα ποιοῦσα. Isae. 5, 14: παθὼν ἄξια.

b) Multo rarius legitur articulus praemissus: Eur. Alc. 202. 3: τἀμήχανα ζητῶν. Dem. 21, 2: τὰ δίκαια ποιῶν. id. 25, 83: τὰ δίκαια ποιοῦντες. Demosthenis his duobus locis haec participia verbis sunt praemissa, prius coniunctum est cum καλῶς [ποιῶν]: Isocr. 9, 58. 9 s. l. sequitur δίκαια μὲν οὐ ποιῶν participium verbum finitum. Singularem numerum cum articulo singulariter legimus Antiph. 5, 34: τοὐναντίον ποιήσαντες ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. eiusdem adiectivi pluralem, ipsum quoque cum articulo, Isocr. 13, 5. 6: . . . τἀναντία πράττοντες. Denique huc est afferendus Isae. 7, 41: τὰ προσταττόμενα ποιῶν.

7) Deinde adduntur his participiis epicriticis talia obiecta, quae constant ex substantivis, quae sunt aut eiusdem atque participia ea stirpis aut cognati alicuius, ita ut haec participia cum obiectis forment figuram quae vocatur etymologica. Substantiva ea ex quibus constant haec obiecta adiectivis additis definiantur necesse est. Haec quoque obiecta efficiuntur participiorum actione. Permulta exstant exempla iudiciorum epicriticorum hoc modo figuratorum: Andoc. 1, 19: λόγον οἶμαι πάντων δεινότατον καὶ ἀνοσιώτατον λέγοντες. Mire bis Aesch. πρᾶγμα οἶμαι ἀναιδὲς λέγοντες (1, 71. 2). πρᾶγμα λέγων πεπλασμένον (2, 20). Isae. 6, 13: πρᾶγμα πλάττοντες[1]) ἀναιδείαι ὑπερβάλλον καὶ οὐδὲ γενόμενον. Din. 1, 48. 9: πρᾶγμα κατασκευάζων οὐ γεγενημένον. Isae. 2, 23: ἐπίφθονον πρᾶγμα καὶ οὐ δίκαιον ποιῶν. Dem. 18, 317: βάσκανον πρᾶγμα καὶ ταὐτὸ ποιοῦντες σοί. Dem. 19, 99: πρᾶγμα ποιοῦντες ἀνθρώπων χρηστῶν καὶ φιλανθρώπων. Dem. 57, 42: . . . οὐχὶ συμφέρον πρᾶγμα ποιήσασα. Dem. 19, 133: πρᾶγμα πολλὴν συγγνώμην ἔχον διαπραττόμενος. Dem. 22, 42: πρᾶγμα ῥάιδιον οἶμαι διαπραξάμενος τῶν μὴ . . . Aesch. 1, 47: πρᾶγμα οἶμαι χαλεπὸν ἐξεργάζεσθαι ἐγχειρῶν. Isae. 9, 34: ὁσιωτάτην δέησιν δεόμενος. Aesch. 1, 3: ἐπίταγμα . . . οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες. Hyp. c. Athenog. 14: πάντων οἶμαι παράγγελμα κάλλιστον παραγγέλλων. [Dem.] 44, 35 fin.: τηλικαύτην παρανομίαν προαιρούμενος παρανομεῖν . . . Aesch. 3, 7: παράνομον πολιτείαν πολιτευόμενοι. Denique his adnumerandus est exemplis

Eur. Or. 1558: κενὴν ἀκούσας βάξιν, ἣν . . .

[Dem.] 44, 49 fin.: ἐναντίαν τῶι πράγματι τὴν διαμαρτυρίαν ποιησάμενος.

8) Sin autem huiusmodi participiis additur obiectum quod afficitur verbi actione, necesse est quoniam ea de quibus iudicatur his participiis sunt obiectum quod afficitur horum participiorum actione, haec obiecta formari talibus vocibus quibus recipiuntur ea de quibus iudicatur.

---

1) cf. quae dixi p. 12 adn. 1.

Quod fit plerumque pronominis demonstrativi ascusativo pluralis, nonnumquam certis de causis accusativo singularis. Huc autem quadrant: Aesch. apud Dem. 18, 54. 5: *πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα.* Isae. 7, 23. 4: *λέγοντες τοῦτο μὲν ἀληθές, ἐκεῖνο δ' οὐ προσῆκον,* ubi obiectum recipitur pronominibus propter iudicium bipertitum. Quocum loco apte componitur Isocr. 6, 27: *ἀμφότερα παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας πράττοντες.* Dem. 8, 42 fin.: *οὐ κακῶς οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος.* Dem. 23, 72. 3: *ὀρθῶς ὦ ἀ. Ἀ. πάντα ταῦτα λέγων ὁ νόμος.* [Dem.] 61, 50: *καλῶς ἐγνωκὼς αὐτὸ τοῦτ' οὐχ ἧττον ἢ . . .* Pluralem numerum exspectamus etiam Dem. 23, 25: *καλῶς ὦ ἀ. Ἀ. τοῦθ' ὑπὲρ εὐσεβείας . . . προιδών.*

9) Nonnullis locis vera quae afficiantur participiorum actione obiecta coniuncta leguntur cum talibus participiis. Sed perspicuum est his locis haec participia una cum obiectis suis unam facere notionem: Aesch. Pers. 452:

κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν·

Eur. fr. 395, 2 Nauck: *μάτην | πόνους ἔχοντες.* Dem. 37, 13 *νοῦν ἔχοντες.* Dem. 24, 124: *πονηρῶν καὶ ἀχαρίστων οἰκετῶν τρόπους ἔχοντες.*

Reliquos locos, qui cum his aut non plane conveniunt aut aliter se habent, alias exemplis aliunde auctis definiturum esse me spero, nunc praetermitto. Certe enim hi loci non sunt idonei quibus demonstretur *κακῶς εἰδότες, ὅτι* (*ὡς*) participio iudicium fieri de praegressis. Facile enim intellegitur hoc participio probare oratorem ea quae dixit enuntiatis iis quae antecedunt. Intellegenda sunt haec participia 'quoniam male sciunt' neque aliter sunt usurpata quam *εἰδώς, οὐκ εἰδώς, εὖ εἰδώς, ὅτι* (*ὡς*) participia aliaque multa similia, quae plerumque sequuntur verba sua, raro praecedunt et quibus haud paucis locis causam afferunt oratores eius rei quam commemoraverunt enuntiato eo cui additum est tale participium.

Sed unus refragari videtur locus, ne ita censeamus,

[Dem.] 59, 57: *λογισμὸν ἀνθρώπινον καὶ εἰκότα λογιζόμενος, ὅτι . . .* Quo loco mea quidem sententia varias duas participiorum coniunctorum functiones detulit orator ad unum quod legimus participium: et iudicat de re antea prolata (*λογισμὸν ἀνθρώπινον καὶ εἰκότα λογιζόμενος*) et eiusdem affert causam (*λογιζόμενος ὡς . . .*).

b. De temporibus.

Quoniam actio horum participiorum eodem tempore fit atque verborum actio, de qua illis iudicatur, non antea, secundum rationem logicam necesse est haec participia poni aut tempore praesenti aut perfecto. Quod etsi plerumque fit, tamen etiam aoristo posita legimus haec participia epicritica.

a) Quae res fit primum his locis: Eur. Or. 1556 sqq.: *ἥκουσα — ἀκούσας.* Antiph. 5, 34: *ἀπέκτειναν — ποιήσαντες.* Isae. 5, 14: *παθῶν — ἠπατήθη.* Isocr. 9, 58. 9: *ἐπεχείρησε — βουλευσάμενος.* Dem. 23, 41 fin.: *ὠνόμασε — γράψας.* Dem. 57, 42: *ἠναγκάσθη — ποιήσασα.* Aesch. apud Dem. 18, 54. 5: *ἔγραψε — γράψας.* Aesch. 1, 3: *προεῖπον — ἐπιτάξαντες.* Lyc. c. Leocr. 69. 70: *μετήλλαξον — βουλευσάμενοι.* ibid. 106: *συνετάξαντο — βουλευσάμενοι.* [Demadae] *ὑπὲρ τ. δ.* 14: *ἐκύρωσε — εἰσηγησάμενος.* ibid. 31: *κατέχωσαν — παραστάντες, χρησάμενοι.*

Qui loci omnes congruunt inter se ea re, quod etiam verba finita aoristo sunt posita. Ex quo colligendum est horum participiorum tempus accommodatum esse ad tempus verborum finitorum. Qua de re egerunt Wilamowitzius ad Eur. Her. 532 (2^2 p. 125) et ad 1348 (2^2 p. 273). Kuehner-Gerth, Ausführl. Gramm. der griech. Spr. § 389, 6 E, imprimis Anmerk. 8 S. 199, 200. Brugmann, Griech. Gramm. § 547 Anm. Stahl, Krit.-hist. Syntax des griech. Verbums der kl. Z. S. 212, 6; S. 213, 1; S. 214, 2. 3 (de *φθάνειν, λανθάνειν, τυγχάνειν, συμπίπτειν* Herodoti, *κυρεῖν* poetarum).

b) Deinde bis legimus aoristi participium epicriticum

coniunctum cum perfecti temporis verbo finito: Dem. 23, 25: *εἴρηκε — προιδών.* [Dem.] 44, 49 fin.: *διαμεμαρτύρηκε — διαμαρτυρίαν ποιησάμενος.* His quoque locis tempus participiorum praeteritum attractum esse videtur ab eiusdem generis tempore verborum finitorum (cf. Stahl, l. l. S. 213, 2).

c) Denique aoristi temporis participium epicriticum coniunctum invenimus cum futuri temporis verbo finito: Dem. 22, 42: *κατηγορήσει — διαπραξάμενος.*

Blassius secutus Augustanum A atque Veneti F manum priorem omisit *διαπραξάμενος* participium. Cui sententiae quominus assentiamur, ante omnes obstat Dem. 19, 133: *πρᾶγμα πολλὴν συγγνώμην ἔχον διαπραττόμενος.*

Ea autem relatio temporalis, quae eo de quo nunc agitur loco intercedit inter verbum finitum atque participium non est eadem atque ea quae invenitur e. gr. his locis: Isae. 12, 6: *οἱ πρῶτον μὲν οὐδὲν αἰσχρὸν οὐδέποτε φανήσονται ἐπιτηδεύσαντες.* Soph. Trach. 666. 7:

εἰ φανήσομαι τάχα
κακὸν μέγ' ἐκπράξας' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς.

Isocr. 1, 16: *μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν.* Aeschin. 3, 11: *λήσετε ἐξαπατηθέντες* (cf. Kuehner-Gerth, l. l. § 389, 6 E; Stahl, l. l. § 215, 1). Nam his locis diversarum sunt actionum verba finita et participia coniuncta: durat actio verborum finitorum, semel facta perfecta est actio participiorum. Illo vero loco eiusdem actionis est et verbum finitum et participium coniunctum. Exspectamus igitur *διαπραττόμενος* praesentis participium, pariter ac Dem. 19, 133 s. l. Sed cum dicit orator *πρᾶγμα ῥάιδιον οἶμαι διαπράξαμενος*, cogitat hanc actionem iam esse perfectam — id quod facile evenire potuit apud *διαπράττεσθαι* verbum — eaque de causa posuit hoc loco aoristi participium.

Sin autem verbum finitum praesentis est temporis, participium epicriticum aoristi temporis esse non potest. Itaque ferri non potest Aesch. 3, 7 *ἐκφεύγουσιν* praesenti

praecedente *πολιτευσάμενοι* aoristi participium, quod falso traditum est in iis libris, qui A littera notantur, pro sana ceterorum *πολιτευόμενοι* lectione. Nam inter *ἐκφεύγουσιν* praesens atque *πολιτευσάμενοι* aoristi participium intercederet mera ratio temporalis, dicerentur eo participio ea quae facta essent ante verbi actionem, id quod hoc quidem loco caret sensu. Ac de participiis epicriticis hactenus.

6. De adverbiis epicriticis quae confirmantur argumentis adnexis *γάρ* particula.

His participiis epicriticis, de quibus satis est disputatum, finitima sunt adverbia, de quibus pauca dicenda sunt. Haec enim adverbia, eadem leviter adiecta in fine enuntiati alicuius, simili quodam modo iudicium continent eius qui loquitur de iis quae enuntiato sunt dicta. Haec quoque iudicia plerumque confirmantur argumentis, quae adnecti solent *γάρ* particula. Quod si fit, spectat haec particula ad ea sola adverbia, non ad totum quod praecedit enuntiatum.

Hoc quoque iudicandi genus, quo adverbiis iudicia sua addunt de praegressis, *ἐπίκρισιν* appellasse veteres testes sunt anonymus *περὶ σχημ.* Spengel. rhett. 3 p. 122, Hermogenes in progymnasmatis Spengel. rhett. 2 p. 10, 10. Non satisfaciunt pauca ea, quibus breviter attigit hanc rem Kuehner-Gerth § 497, 5 sub finem.

a. De poetis tragicis.

Haud dubie epicritice usurpavit adverbia
Sophocles Ant. 436: *ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο,*
ἅμ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα· | τὸ μὲν γὰρ.
El. 593: *ἦ καὶ ταῦτ' ἐρεῖς*
ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;
αἰσχρῶς δ', ἔαν περ καὶ λέγεις· οὐ γὰρ καλὸν —.

Apud Aeschylum nullum inveni locum, ubi adverbiis ad iudicandum de antea dictis usus sit poeta, neque Euripides praebet adverbii ipsius exemplum, sed ea quae ad-

verbii sunt instar haud aliter usurpavit Heracl. 325 sqq.:

ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς
οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρός,
παύρων μετ' ἄλλων· ἕνα γὰρ.

b. De oratoribus Atticis.

Neque ab oratorum Atticorum dicendi praeceptis abhorret haec iudicandi ratio, qua adverbiis leviter cohaerentibus cum enuntiato iudicium faciant de praegressis. Immo haud paucis locis *δικαίως* atque *εἰκότως* adverbiis epicritice iudicant ad unum omnes.

Cuius rei exempla fere omnia collocavit Frohberger-Gebauer ad Lys. 25, 27 in appendice. Pauca exempla ea quae ad haec mihi sunt addenda notare liceat M littera.

Δικαίως adverbio ita iudicant de praegressis his locis: semel Lysias: 6, 25. Novies Demosthenes: 18, 208. 249. 19, 277. 23, 205. 27, 66 (M). 36, 51. [D.] 47, 3. 54, 25. 57, 6 fin. Lycurgus c. Leocr. bis: 93. 122.

Multo saepius pariter usi sunt oratores eodem consilio *εἰκότως* adverbio: bis Lysias: 16, 16 (M). 26, 17. Semel Isaeus: 8, 12. Sexies Isocrates: 1, 48/9. 8, 29/30. 112/3. 15, 135/6. 291/2. 295. Tricies Demosthenes: 1, 10. 4, 24 sub finem (M). 10, 47 (M). 53 (M). [D.] 17, 12/13. 18, 23*[1]). 46/7*. 204. 288. 19, 52. 20, 31[2]). 21, 43. 63. 177. 22, 63*. 23, 208/9. 24, 24. 210. 25, 97. 30, 37. [D.] 34, 51. 36, 25. 29/30. [D.] 44, 3. 53. 67. 57, 4. [D.] 59, 41/2 (M). [D.] 61, 29/30. ep. 3, 25 (M). Ter Hyperida: p. Euxenipp. 7. c. Athenog. 22 (M). or. fun. 39 (M). Aeschines, quem silentio praeteriit Frohbergerus, tribus his locis: 1, 160. 3, 10. 148. Multis locis (novies) Lycurgus c. Leocr.: 47/8. 79. 88 fin. 94. 102. 108. 126. 129. 133.

Aristophanes quoque *εἰκότως* adverbio ita iudicavit.

1) Locis iis quos stella (*) notavi, omittunt aliquot libri hoc *εἰκότως*, iniuria, me iudice.

2) Cf. quae adnotavit Fridericus Augustus Wolf.

Cuius rei exempla praesto sunt hi duo loci: Av. 272. 3:

Εὐ. βαβαὶ καλός γε καὶ φοινικοῦς.
Ἐπ. εἰκότως ⟨γε⟩· καὶ γὰρ ὄνομ' αὐτῶι 'στὶ φοινικόπτερος.

Γε particulam hoc loco recte interpositam esse a Koechleio docet qui sequitur locus, Ran. 226 sqq.:

Δι. ἀλλ' ἐξόλοισθ' αὐτῶι κοάξ.
οὐδὲν γὰρ ἐστ' ἀλλ' ἢ κοάξ.
Βα. εἰκότως γ' ὦ πολλὰ πράττων.
ἐμὲ γὰρ.

Ex quo concludi potest Attici sermonis proprium fuisse *εἰκότως* adverbio ad enuntiatum leviter adnexo iudicare de actione verbi finiti. *οὐ δικαίως, οὐκ εἰκότως* adverbiis negatis non iudicaverunt de antecedentibus, ni admodum fallor. *οὐκ ἔκ γε τῶν εἰκότων* epicritice usus est [Dem.] 52, 29: *πεισθήσεσθε ὑμεῖς ὡς ἐπιορκήσειεν ἂν ὁ Ἀρχεβιάδης; οὐκ ἔκ γε τῶν εἰκότων, ὦ ἄνδρες δικασταί· οὐ γὰρ ἄξιον —.*

Alia quoque adverbia ad iudicia de praegressis facienda eodem usurpaverunt modo oratores et ita quidem, ut horum quoque iudiciorum argumenta afferrent *γάρ* particula sequente, quae pertinet ad haec tantum adverbia. Quae res etsi raro fit, tamen probatur et confirmatur certa ratione his exemplis: Isocr. 5, 142: *οὐκ αἰσχρῶς ἀλλ' ἀληθινῶς· ὅστις γὰρ.* Dem. 25, 86: *οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ προσηκόντως· οὐ γὰρ.* Dem. 23, 55: *καλῶς· εἰ γὰρ,* quod adverbium Frohbergerus[1]) composuit una cum *δικαίως, εἰκότως* adverbiis epicriticis.

Hoc eodem adverbio praeterea epicritice usus est Aeschines semel, 1, 28, ubi pro illo *γάρ* sequuntur *διὰ τί; ὅτι* pronomina: *νὴ Δία καλῶς γε ὡς ἔγωγέ φημι. διὰ τί, ὅτι.* Ab his duobus locis secernendi sunt haud pauci illi, quibus *καλῶς* adverbio concluduntur praegressa et ad novum aliquid transgreditur orator, non aliter, ni fallor, atque Francogallici dicunt „eh bien". Demosthenicae elocutionis hoc proprium esse videtur: cf. e. gr. 6, 14. 20, 118. 128.

1) Lysias[2] (Gebauer) p. 502.

160. 25, 73. Nam reliquorum oratorum nullum habeo locum quem addam his Demosthenicis. Sed locis adhuc enumeratis hi duo sunt addendi: Aesch. 3, 126: *εὐπρεπῶς γε τῶι ὀνόματι, ἀλλὰ τῶι ἔργωι αἰσχρῶς· κωλύει γὰρ.* Lyc. c. Leocr. 3: *οὐ δικαίως οὐδὲ συμφερόντως τῆι πόλει· τρία γάρ ἐστι τὰ μέγιστα.*

7. De adverbiis epicriticis quae varie argumentis confirmantur.

Cf. quae dixi de participiis epicriticis p. 14. 5.

Suprae p. 29 comparavi cum Dem. 23, 55 Aeschinis 1, 28, ubi *καλῶς* adverbium quo iudicat orator de antecedentibus confirmatur argumento quod cohaeret cum iis quae antecedunt *διὰ τί*; *ὅτι* pronominibus: *νὴ Δία καλῶς γε, ὡς ἔγωγέ φημι. διὰ τί*; *ὅτι.* Videmus non solum *γάρ* particula adnecti causam talis alicuius iudicii. Cui rei efficiendae inserviunt praeter haec *διὰ τί*; *ὅτι* pronomina *ἐπεί, ἐπειδάν* particulae: [Dem.] 42, 19 fin.: *πλουτεῖς· εἰκότως, ἐπειδὰν.* Dem. ep. 2, 14. 5: *ἀδίκως*[1]) *τῶι πρῶτος εἰσιέναι. ἐπεί.* cf. Aristoph. Eccl. 7: *σοὶ γὰρ μόνωι δηλοῦμεν, εἰκότως, ἐπεί.*

Deinde instar horum enuntiatorum, quae aut pronominibus aut particulis coniuncta cum praegressis adverbiorum epicriticorum continent argumenta, usurpantur eodem consilio participia coniuncta. Quod vero haec participia saepius ponuntur praecedentibus adverbiis epicriticis quam post participia epicritica, res secum fert et corroborant exempla. Dem. 23, 142: *δικαίως, τὴν αὑτῶν πατρίδ' οἰόμενοι δεῖν ἐλευθεροῦν*[2]). Din. 1, 76: *δικαίως οἶμαι, στρατηγῶν μὲν τοιούτων τετυχηκὼς ὅσων εἶπον ἀρτίως, συμβούλους δ' ἔχων*; mira quadam breviloquentia [Dem.] 59, 74: *τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ βασιλεὺς ἔθυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀρρήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐποίει, εἰκότως, βασί-*

1) *περιπέπτωκ' ἀδίκως* verba non distincta leguntur apud Blassium.
2) cf. Frohberger-Gebauer Lysias 1, 502. 3.

λιννα οὖσα. Dem. ep. 3, 11: *Φιλίππου, ὃς ἀνούθητος ὢν — εἰκότως, τραφείς γ' ἐν ἐξουσίαι — ὅμως ὤιετο δεῖν.* Participia coniuncta, quibus additus est articulus atque quae faciunt appositionem, argumentum continent *εἰκότως* adverbii epicritici Aesch. 3, 64: — *εἰκότως, τοὺς ἅμα μὲν πρεσβεύοντας, ἅμα δὲ τὰ ψηφίσματα γράφοντας*[1]) —.

8. De adverbiis epicriticis quae argumentis non confirmantur.

Supra p. 15 sqq. demonstravi oratores non omnium iudiciorum quae faciunt participiis coniunctis de iis quae antecedunt rationem reddere altero sequente enuntiato. Neque adverbiorum epicriticorum omnibus locis afferunt argumenta. Cuius rei enumerare possum nonnulla haec exempla, et tragicorum quidem: Eur. Phoen. 1266. 7:

παιδὸς στερηθείς, τῆι πόλει μὲν εὐτυχῶς,
ἰδίαι δὲ λυπρῶς· ἀλλ'.

Soph. El. 354:

οὐ ζῶ; κακῶς μέν, οἶδ', ἐπαρκούντως δ' ἐμοί.
λυπῶ δὲ.

Oratores Attici *δικαίως* atque *εἰκότως* adverbiis ita quidem raro usi sunt. Cuius rei satis habeo haec afferre exempla: Aesch. 3, 161: *καὶ τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος, εἰκότως.* Lyc. c. Leocr. 66: *ἐγὼ μὲν οἶμαι δικαίως, εἴπερ . . .*

Alia adverbia epicritica carent iudicii confirmatione hisce oratorum locis: Isocr. 12, 18: *οὐκ ἀπαιδεύτως ἀλλὰ νοῦν ἐχόντως.* Isocr. 14, 18: *ἀπρεπῶς καὶ τοῖς προγόνων ἔργοις καὶ ταῖς αὑτῶν ἡλικίαις καὶ τοῖς φρονήμασι τοῖς ἡμετέροις*; Isocr. 15, 10: *οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀκαίρως ἀλλὰ προσηκόντως τοῖς ὑποκειμένοις.* Ad tria haec exempla Isocratea accedunt quattuor haec Demosthenica: Dem. 19, 158: *αἰσχρῶς ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἀναξίως ὑμῶν. καίτοι.* Dem. 21, 205: *οὐκ ὀρθῶς· ἀλλὰ.* Dem. 25, 74: *οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ*

1) cf. Frohberger-Gebauer Lysias 1, 502.

πολιτικῶς οὐδ' ὡς συμφέρει γιγνομένων τούτων· ἀλλ'. 37, 36: *ὀρθῶς γ' ὦ Πανταίνετε· ἀλλὰ.* Quibus cum exemplis apte comparatur Isae. 10, 6: *Κυρωνίδου δὲ τελευτήσαντος τὸν τοῦ Ξεναινέτου ἀδελφὸν εἰσάγουσιν Ἀριστάρχωι υἱόν, οὐδὲ καθ' ἕνα νόμον, ὦ ἄνδρες, ὡς ἐγὼ ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ὑμῖν ἐπιδείξω. οὐ δικαίως* dicit orator factam esse eam rem.

9. De adverbiis epicriticis *καί* particula adnexis.

Haec adverbia quibus iudicatur de praegressis etiam *καί* particula inducta adduntur ad praecedentia, et ita quidem, ut ad haec quoque adverbia aut pertineant *γάρ*, *ἐπεί* particulis ea quae sequuntur aut omnino non pertineant. Huius quoque rei exempla nonnulla collata leguntur apud Frohberger-Gebauer Lysias 1 p. 502, quae notabo „Fr." litteris.

εἰκότως adverbio ita iudicat de praegressis primus quod sciam Lysias 25, 27 (Fr.): *καὶ εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί· πᾶσι γὰρ.* Deinde Demosthenes tribus his locis: Dem. 19, 215 (Fr.): *καὶ νὴ Δία εἰκότως γε· ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι.* [Dem.] 26, 5: *καὶ τοῦτ' εἰκότως· ὥσπερ γάρ.* Dem. 57, 33: *καὶ εἰκότως· ἃ γὰρ.*

δικαίως adverbium epicriticum *καί* particula coniunxit cum antecedentibus *ἐπεί* particula subsequente primus ni fallor Isocrates 5, 123. 4 (Fr.): *καὶ δικαίως, ἣν περ αὐτός τ' ἐπὶ ταῦθ' ὁρμήσῃς καὶ τοὺς Ἕλληνας προτρέψῃς· ἐπεὶ... γάρ* particula subsequitur Dem. 25, 85: *καὶ δικαίως· φησὶ γὰρ*; non additum legitur argumentum iudicii Din. 2, 15 (Fr.): *καὶ δικαίως*[1]).

1) Non inutiliter comparantur: Men. Epitr. 31. 2 Koerte: *Σμι. ἐὰν λαλῇς μεταξύ, τῆι βακτηρίαι καθίξομαί σου. Δα. καὶ δικαίως. Σμι. λέγε. Δα. λέγω.* Men. Sam. 173. 4 Koerte: *Δη. κατάξω τὴν κεφαλὴν ἄνθρωπέ σου, ἄν μοι διαλέγῃ. Χρυ. καὶ δικαίως· ἀλλ' ἰδού,* Lucr. 1, 107: et merito, nam . . ., quocum loco comparat Bernaysius Ges. Abh. 2 p. 11 Lucr. 4, 160. 6, 210, qui aliter se habent. Silentio praeterire non debuit vir doctus 6, 548: et merito, quoniam . . . Praeterea addere liceat: Cic. Tusc. 2 § 42: et recte,

Praeter haec duo adverbia epicriticum nullum aliud *καί* particula relatum est ad praecedentia ab oratoribus nisi quod *ὀρθῶς* adverbium epicriticum *καί* particula coniunxit cum praegressis bis Aeschines, 3, 37: *καὶ μάλα ὀρθῶς, ἵν'* —. 2, 87. 88: *καὶ μάλα ὀρθῶς καὶ πολιτικῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· εἰ γὰρ μηδεὶς ἂν ὑμῶν* —.

10. De adverbiis usurpatis ut epicriticis.

Ab his adverbiis quibus iudicatur de actione verbi discernenda sunt alia nonnulla adverbia, quae primo obtutu adnumeranda esse videntur adverbiis epicriticis. Conveniunt enim haec adverbia cum epicriticis et ea re, quod leviter adnexa adduntur in fine enuntiatorum et ea, quod nonnullis horum locorum id quod sequitur enuntiatum per *γάρ* particulam relatum legitur ad haec sola adverbia, non ad universa enuntiata. At differunt haec ab illis adverbia ea re, quod illis iudicant de actione verbi finiti, his dicunt, quo modo fiat actio verbi finiti. Cuius generis sunt hi loci: Isocr. 7, 60. 1: *φανήσομαι . . . ἐπιτιμῶν . . . οὐδ ὡς ἔτυχον ἀλλὰ δικαίως καὶ νοῦν ἐχόντως*[1])· *οἶδα γὰρ.* Isocr. 15, 261. 62: *ἀλλ' ὠφελεῖν τοὺς συνόντας, ἐλάττω μὲν ὧν ὑπισχνοῦνται, πλείω δ' ὧν τοῖς ἄλλοις δοκοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι* —. Isocr. ep. 5, 2: *οὐκ ἀφρόνως ἀλλὰ νοῦν ἔχοντως*[2])· *τῶν τε γὰρ πολιτῶν* —. *γάρ* omissum est Aesch.

talem enim. ibid. 5 § 118: et recte; aut enim. ibid. 3 § 26: Illam enim oderas, et iure fortasse. (cf. Frohberger-Gebauer, Lysias ad 25, 27). „et" particulam non posuit idem Cicero ante „recte" adverbium epicritice usurpatum certa ratione Tusc. 5 § 25: Recte id quidem, sed nihil intellego dici potuisse constantius. Si enim . . .; me iudice etiam Tusc. 5 § 115: Recte hic quidem; nihilo enim . . ., ubi ante „Recte" pro vera lectione „attingere" legitur in Gudiano, Regio Parisiensi, Bruxellensi „attingeret" sine dubio pro „attingere; et".

1) *νοῦν ἐχόντως* vulgata ante Bekkerum lectio: *λόγον ἐχόντως* lectio reliquorum.

2) *οὐκ ἀφρόνως ποιῶν ἀλλὰ νοῦν ἐχόντως* participium praebet vulgata ante Bekkerum lectio. Sed *ποιῶν* participium alienum est ab huiusmodi locis. *νοῦν ἐχόντως* adverbium usurpavit Isocrates pariter atque hoc loco 7, 60. 1 s. l., epicritice 12, 18 s. l.

2, 169: *οὐκ αἰσχρῶς οὐδ' ἀναξίως τῆς πόλεως, καὶ.* *καὶ* particula relatum est huiusmodi participium ad praegressa Dem. 19, 235: *καὶ πάνυ γ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λαμπρῶς· ἐπειδὴ γὰρ*; *καί* particula et *ταῦτα* pronominis nominativo Isocr. 9, 23. 4: *καὶ ταῦτ' οὐ μέσως οὐδ' ὥσπερ ἑτέροις τισίν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν εἰς*[1]) *ὑπερβολήν· τοσοῦτον γὰρ*; *καί* particula et *ταύτας* accusativo pronominis, quoniam obiectum enuntiati recipiendum est, Isocr. 12, 72. 3: *καὶ ταύτας οὐ μετρίως ἀλλ' ὑπερβαλλόντως· οὐδένα γὰρ*; *καί* particula et *ταῦτα* accusativo, quo casu recipitur actio verbi, Dem. 57,53: *ἢ πάντ' ἔχειν, καὶ ταῦτ' ἀσφαλῶς, καὶ.* Denique conferendi causa addere mihi liceat Cic. ep. ad Att. 2, 19, 1: tantum doleo ac mirifice q'u i d e m.

Ac de adverbiis quidem hactenus.

11. de appositionibus, quibus iudicatur de praegressis.

His de quibus adhuc disputavi participiis atque adverbiis epicriticis denique addendum est tertium quoddam *ἐπικρίσεως* genus. Nam haud aliter atque his participiis adverbiisque iudicatur de antea dictis etiam appositionibus. Usurpantur autem ad iudicandum de praegressis et eae appositiones, quae ad unum alterumve enuntiati verbum additae huius ponuntur casu, et eae, quae ad actionem verbi spectantes accusandi ponuntur casu. Breviter attigit hanc rem Kühner-Gerth, Ausführl. Gramm. der griech. Spr. § 406, 6. Horum quoque iudiciorum argumenta afferuntur conectunturque cum iis quae praecedunt plerumque *γάρ* particula. Quoniam autem his appositionibus continentur haec iudicia, luce est clarius hanc *γάρ* particulam referendam esse ad praecedentis enuntiati membrum tantum id, quod formatur appositione ea, quae in fine enuntiati addita continet iudicium aut de subiecto obiectove aut de actione verbi finiti.

Atque primum quidem ad iudicandum de praegressis

1) *εἰς ὑπερβολήν* Urbinas *Γ* Vaticanus *Δ*Bk: *πρὸς ὑπερβολήν* vulgata ante Bekkerum lectio.

usurpatae sunt plerumque appositiones eae, quae formatae sunt ex substantivis. E u r i p i d i s imprimis hoc iudicandi genus proprium esse haud pauca haec docent exempla:

Heracl. 930: *ἄγοντες ἥκομεν*
ἄελπτον ὄψιν, τῶιδέ τ' οὐχ ἧσσον τύχην·
οὐ γὰρ ποτ' ηὔχει κτλ.

Hipp. 1214: *κὔμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας.* | *οὗ κτλ.*

Certum clarumque exemplum est Suppl. 363:

τοῖς τεκοῦσι γὰρ
δύστηνος ὅστις μὴ ἀντιδουλεύει τέκνων,
κάλλιστον ἔρανον· δοὺς γὰρ κτλ.

Hel. 393: *Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων, κλεινὸν ζυγόν·*
πλεῖστον γὰρ κτλ.

Or. 727: *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ . .,*
ἡδεῖαν ὄψιν· πιστὸς ἐν κακοῖς ἀνὴρ
κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰσορᾶν.

Hic locus a reliquis diversus est ea re, quod enuntiatum id, quo causam affert Orestes iudicii *ἡδεῖαν ὄψιν* appositione facti, *γάρ* particula usitata omissa additur non copulatum cum praegressis.

Quod idem fit e. gr. Aesch. Sept. 578. 9:

τούτωι σοφούς τε κἀγαθοὺς ἀντηρέτας
πέμπειν ἐπαινῶ· δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει.

γὰρ particulam desideratam non omisit scholiasta, qui hanc poetae verborum dat *παράφρασιν*: *δυσκατέργαστος γάρ ἐστιν ὅστις τοὺς θεοὺς τιμᾶι.*

A. Ag. 487 sqq. *ὁ Πύθιός τ' ἄναξ,*
τόξοις ἴαπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη·
ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἦσθ' ἀνάρσιος,

ubi post *ἅλις* vocem exspectamus *γάρ* particulam. Eur. fr. 364, 22. 3 Nauck:

ἀκόλαστα δ' ἤθη λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον
μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.

Deest *γάρ* post *βραχεῖα* adiectivum.

Sunt quasi proverbia haec enuntiata, quibus ita sine particularum auxilio adduntur antecedentium argumenta.

Quae sententia corroboratur Aesch. Suppl. 714. 5: flagitant Danaïdae a patre haec:

μόνην δὲ μὴ πρόλειπε· λίσσομαι, πάτερ·
γυνὴ μονοθεῖσ' οὐδέν· οὐκ ἔνεστ' Ἄρης,

quo loco *γάρ* particulam desideramus et post *γυνή* nominativum et post *οὐκ* negationem; haud dubie confirmatur Eur. I. A. 955 sqq. Pronuntiat Achilles haec:

πικροὺς δὲ προχύτας χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται
Κάλχας ὁ μάντις. . . .
οὐ τῶν γάμων ἕκατι· μυρίαι κόραι
θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν·

Hoc enim loco dicit ipse is qui loquitur, sc. Achilles, haec verba, quae ad *οὐ τῶν γάμων ἕκατι* verba probanda addidit sine particulae vinculo, in proverbium abiisse iis quae sequuntur: *εἴρηται τόδε*. Quam legitime autem et hoc et similibus locis ponatur *γάρ* particula magis apparebit comparatis exemplis similibus, quae mihi infra sunt afferenda. Sophocles bis omisit *γάρ* particulam in proverbiis laudandis: Ant. 1194. 5:

τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν ἐς ὕστερον
ψεῦσται φανούμεθ'; ὀρθὸν ἀλήθει' ἀεί].

Ad 1195 verba quae sunt *ὀρθὸν ἀλήθει' ἀεί* adnotat scholiasta „*γνώμη*". Ai. 578 sqq.:

ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
καὶ δῶμα πάκτου, μηδ' ἐπισκήνους γόους
δάκρυε· κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.
πύκαζε θᾶσσον· οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι τραύματι.

Habemus hoc loco sententiam, quae per se generaliter valet 581 inde a verbis *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ*. Sed etiam 580 post *κάρτα* voculam ut in proverbio omissa est *γάρ* particula. Nam alibi talia proverbia legimus coniuncta cum prioribus *γάρ τοι* particulis neque si quidem recte sentio *τοι* pro *γάρ* poni potest, id quod censet Radermacherus ad Soph. Phil. 480. *τοι* particula additur ad nullam aliam rem nisi ut plus gravitatis habeant sententiae. *γάρ* autem particulae omissae ante *τοι* particulam in proverbiis multa exstant exempla apud Sophoclem. Sed id alias. Adhibeat oratio modum et redeat illuc, unde deflexit.

Appositionis qua iudicatur de antecedentibus exemplum praebet etiam Cycl. 283: *οἳ μετήλθεθ' ἁρπαγὰς . . .,*
αἰσχρὸν στράτευμα γ', οἵτινες κτλ.
Multo rarius Aeschylus de praegressis iudicare videtur appositionibus. Hos duos inveni locos: Pers. 798 sqq.

οὗ σφιν κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν,
ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων· | *οἳ κτλ.*

Sept. 16:

ἀρήγειν . . . γῆι τε μητρί, φιλτάτηι τροφῶι·
ἡ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδωι,
ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὕτλον,
ἐθρέψατ' οἰκητῆρας ἀσπιδηφόρους | *πιστοὺς κτλ.*

Sophocles uno tantum loco appositione ad verbi actionem pertinente accusandi casu ad iudicandum de iis quae antea sunt dicta usus est, sed tali quidem loco, qui rem distincte demonstret: Phil. 608 sqq.:

Helenum vatem Ulixes *εἷλε δέσμιον τ' ἄγων*
ἔδειξ' Ἀχαιοῖς εἰς μέσον, θήραν καλήν·
ὃς δὴ κτλ.

Haud aliter appositione usus est Rhesi poeta 619 sqq., nisi quod hoc loco haec appositio addita est ad enuntiati obiectum,

ταύτας κτανόντες δεσπότην κομίζετε,
κάλλιστον οἴκοις σκῦλον. οὐ γὰρ κτλ.

Denique sequantur tres loci, quibus eadem ratione sese excipiunt enuntiata: de persona aliqua, quae commemorata est in enuntiato principali, iudicatur per appositionem, leviter adiectam in fine enuntiati. Iudicii argumentum additur enuntiato sequente, quod pronomine relativo coniunctum cum praegressis pertinet ad illam tantum appositionem. Eur. Or. 22 sqq.:

ὦι παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς . . .
ἄρσην τ' Ὀρέστης, μητρὸς ἀνοσιωτάτης,
ἣ κτλ.

Cycl. 179 sqq.:

οὔκουν, ἐπειδὴ τὴν νεᾶνιν εἵλετε,
ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ' ἐν μέρει,
ἐπεί γ' . . .,
τὴν προδότιν, ἥ κτλ.

Soph. O. R. 387 sqq.:

ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον,
δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσιν
μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.

Sed differunt hi tres loci a ceteris iis, quibus enuntiato relativo causa affertur huius modi appositionis, qua iudicatur de antecedentibus, certa quadam re. Hic enim relatum est hoc pronomen ad ea ipsa substantiva, e quibus factae sunt eae appositiones: *μητρὸς ἥ, τὴν προδότιν ἥ*, vel ut aliis eandem dicam rem verbis, hic habemus verum pronomen relativum. At illis locis haec pronomina relativa adnexa sunt non ad eas appositiones, sed ad unum alterumve enuntiati praecedentis vocabulum: Hipp. 1214 *οὗ* pronomen non ad *ἄγριον τέρας* appositionem, sed ad *ταῦρον* obiectum enuntiati, Cycl. 283 *οἵτινες* pronomen non ad *αἰσχρὸν στράτευμά γ'* appositionem sed ad subiectum enuntiati, pariter atque Aesch. Pers. 800 *οἵ* pronomen non ad *ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων* appositionem sed ad subiectum enuntiati, non grammaticum quidem, sed logicum. Soph. Phil. 610 *ὃς δή* pronomen referendum est minime ad *θήραν καλήν* appositionem, sed ad obiectum enuntiati. Ergo his locis pronomen relativum positum est pro pronomine demonstrativo atque *γάρ* particula causativa.

Addit iudicium de verbi actione per appositionem Euripides etiam Hel. 35. 6. Sed hoc loco pro usitato illo enuntiato, quod *γάρ* particula conexum cum praegressis iudicii causam continet, mira quadam breviloquentia posuit poeta participium coniunctum: *καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν,*
κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων.

cf. quae disserui de participiis epicriticis p. 14. 5 et de adverbiis epicriticis p. 30. 1. Aptissime cum hoc loco comparatur

[Dem.] 59, 74 fin., quem laudavi p. 30, *ἐποίει, εἰκότως, βασίλιννα οὖσα*. Neque autem omnibus locis argumentis confirmantur iudicia ea, quae faciunt poetae huius generis appositionibus. Cuius rei haec sufficiant exempla: Aesch. Pers. 765. 6: *πέμπτος δὲ Μάρδος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτραι θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι· τὸν δὲ κτλ.*

Soph. Trach. 536 sqq.:

κόρην γάρ, οἶμαι δ' οὐκέτ' ἀλλ' ἐξευγμένην,
παρεισδέδεγμαι φόρτον ὥστε ναύτιλος,
λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός·
καὶ νῦν.

Eur. Med. 1201. 2: . . . *ἀπέρρεον, δεινὸν θέαμα*. Eur. Trood. 1156. 7: *θέσθ' ἀμφίτορνον ἀσπίδ' Ἕκτορος πέδωι,*
λυπρὸν θέαμα κοὐ φίλον λεύσσειν ἐμοί.

Appositionibus iudicare de praegressis dictionis poeticae proprium esse videtur. Perpaucis enim locis oratores appositiones ita usurparunt. Duobus autem horum locorum eos ad dictionem poeticam propius accedere apparebit.

Andocides primus quantum scio oratorum appositione usus est hoc modo uno hoc loco, 3, 31: *ὕστερον δ' ὑπ' Ἀργείων ἐπείσθημεν, οἵπερ . . ., πλεύσαντες ἐπὶ τὴν Λακωνικὴν εἰρήνης ἡμῖν οὔσης πρὸς Λακεδαιμονίους ἐκτεῖναι τὸν θυμόν, ἀρχὴν πολλῶν κακῶν· ἐξ οὗ πολεμήσαντες ἠναγκάσθημεν τὰ τείχη κατασκάπτειν καὶ τὰς ναῦς παραδιδόναι καὶ τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι*. Imitatur orator hac *ἀρχὴν πολλῶν κακῶν* appositione Homericum illud *νῆας ἀρχεκάκους*, E 62 sqq.:

ὃς καὶ Ἀλεξάνδρωι τεκτήνατο νῆας εἴσας,
ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο
οἵ τ' αὐτῶι.

Simili atque Andocidis eo loco ratione inter se relata sunt hic quoque enuntiata singula. Nam *ἀρχεκάκους* adiectivo, quod ut appositio additum est ad *νῆας* substantivum, iudicium facit poeta de illis navibus, cuius causam affert re-

lativo quod sequitur enuntiato αἵ pronomine spectante ad illud solum adiectivum [1]).

Non aliter atque Andocides iudicium de iis quae enuntiato praecedente dixit facit appositione spectante ad actionem verbi Demosthenes 19, 64. 5, quem locum totum exscribam necesse est: ὃν μὲν τοίνυν τρόπον οἱ ταλαίπωροι Φωκεῖς ἀπολώλασιν, οὐ μόνον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἃ πέπρακται, θ έ α μ α δ ε ι ν ὸ ν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἐλεινόν· ὅτε γ ο ῦ ν [2]) ἐπορευόμεθ' εἰς Δελφούς, ἐξ ἀνάγκης ἦν ὁρᾶν πάντα ταῦτα, οἰκίας κατεσκεμμένας, τείχη περιηρημένα, χώραν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίαι, γύναια δὲ καὶ παιδάρια καὶ πρεσβύτας οἰκτροὺς ἀνθρώπους.

Res tragica de qua dicit hic Demosthenes induit etiam verba oratoris colore quodam tragico. Ne exempla desint, contulerim:

---

1) Eadem atque Andocides ἀρχή voce eandem hanc sententiam expressit poeta epicus Λ 603. 4:

ὃ δὲ κλισίηθεν ἀκούσας
ἔκμολε ἶσος Ἄρηι, κ α κ ο ῦ δ' ἄρα οἱ π έ λ ε ν ἀ ρ χ ή.

E 62. 3 sine dubio in animo habuit Herodotus cum scripsit 5, 97: αὗται δὲ αἱ νέες ἀ ρ χ ὴ κ α κ ῶ ν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι. In iis quae adnotat ad hunc locum comparat Henricus Stein praeter Iliadis versus laudatos Andocidis locum silentio praeteriens Thuc. 2, 12: „Ἤδη ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μ ε γ ά λ ω ν κ α κ ῶ ν ἄ ρ ξ ε ι“, quocum apte comparatur Isaei 6, 21: κατοικισθεῖσα δ' ἐντανθοῖ πολλῶν καὶ κ α κ ῶ ν ἦ ρ ξ ε ν. κ α κ ὴ ἀ ρ χ ή sententia bis utitur Isocrates ita ut faciete duas eas ἀρχή vocis notiones, quae sunt „initium“ et „imperium“, alteri alteram opponat: 4, 119: ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τ ῆ ς ἀ ρ χ ῆ ς ἀπεστερούμεθα καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀ ρ χ ὴ τ ῶ ν κ α κ ῶ ν ἐγίγνετο. 5, 60. 1: ὥστ' εἴ τις φαίη τότε τ ὴ ν ἀ ρ χ ὴ ν αὐτοῖς γίγνεσθαι τ ῶ ν π α ρ ό ν τ ω ν κ α κ ῶ ν, ὅτε τ ὴ ν ἀ ρ χ ὴ ν τ ῆ ς θ α λ ά τ τ η ς ἐλάμβανον.

2) Pro γάρ particula quae solet legi in huius generis locis habet Theon. 1, 153 W γοῦν particulam. Contra γάρ particulam praebent Augustanus 1, Vindobonensis 7, Alexand. 8, 456 W., schol. Hermog. quater. γοῦν lectio, quae commendatur propter breves syllabas nimium accumulatas receptaque est a Blassio, confirmatur Aesch. 3, 63 atque 1, 88, ubi γε legimus pro γάρ.

Eur. Med. 1167. 8:

τοὐνθένδε μέντοι δ ε ι ν ὸ ν ἦν θ έ α μ' ἰ δ ε ῖ ν·
χροιὰν γὰρ.

Eur. Bacch. 760. 1:

οὔπερ τὸ δ ε ι ν ὸ ν ἦν θ έ α μ' ἰ δ ε ῖ ν, ἄναξ·
τοῖς μὲν γὰρ.

cf. Eur. Suppl. 782. 3:

ἐμοὶ δὲ παίδων μὲν ε ἰ σ ι δ ε ῖ ν μέλη
π ι κ ρ ό ν, κ α λ ὸ ν θ έ α μ α δ', εἴπερ ὄψομαι.

δεινὸν θέαμα accusativus facit appositionem ad actionem verbi aeque atque apud Demosthenem Eur. Med. 1200 sqq.:

σάρκες δ' ἀπ' ὀστέων ὥστε πεύκινον δάκρυ
γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέρρεον,
δ ε ι ν ὸ ν θ έ α μ α.

θέαμα substantivum appositionem format coniunctam cum enuntiati obiecto Eur. Trood. 1156. 7:

θέσθ' ἀμφίτορνον ἀσπίδ' Ἕκτορος πέδωι,
λυπρὸν θ έ α μ α κοὐ φίλον λεύσσειν ἐμοί.

Hoc loco Demosthenico appositio haec constat ex accusativo substantivi eius, quod eiusdem atque verbum est notionis et quod cum hoc verbo efficit figuram quae vocatur etymologica. Quod idem fieri vidimus Eur. Hel. 35. 6: καὶ δ ο κ ε ῖ μ' ἔχειν, κενὴν δ ό κ η σ ι ν. Eur. Or. 727: ἀλλ' ε ἰ σ ο ρ ῶ γὰρ . . ., ἡδεῖαν ὄψιν·

Huius generis praeterea sunt hi duo oratorum loci: Dem. 23, 100. 1: ὡς δὲ συμφέρονθ' ὑμῖν γ έ γ ρ α φ ε ν λ έ γ ε ι ν ἐπιχειροῦντα καὶ ταύτηι βιαζόμενον, εὐήθη μὲν ο ἶ μ α ι, μᾶλλον δ' ἀναιδῆ λ ό γ ο ν· ε ἰ γ ὰ ρ. [Aesch.] ep. 12, 3 fin.: καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν Κτησιφῶντα . . . παρανόμων ἐγραψάμην, δικαιοτάτην ὦ θ ε ο ὶ γ ρ α φ ή ν, ubi deest enuntiatum quod continet causam iudicii. His exemplis adnumerandos duco hos locos: [Dem.] 35, 15, nisi quod hic praecedit appositio verbum finitum de cuius actione iudicatur: οὑτοσὶ δὲ Λάκριτος Φασηλίτης (sc. ἦν), μ έ γ α π ρ ᾶ γ μ α, Ἰσοκράτους μα-

ϑητής. Dem. 22, 73: τούτου τοῦνομ' ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ τῶν φιαλῶν γεγραμμένον ἐστίν· ὅμοιον γ', οὐ γὰρ; τοῦτο (sc. τὸ ἐπίγραμμα) τοῖς προτέροις ἐπιγράμμασιν, ἢ φιλοτιμίαν ἴσην ἔχον ὑμῖν. cf. 24, 181. Praeterea huiusmodi appositionibus usi sunt ad iudicandum de praegressis oratorum quidem nemo nisi semel Isocr., 4, 180: πολὺ κάλλιον τρόπαιον τῶν ἐν ταῖς μάχαις γιγνομένων· τὰ μὲν γὰρ atque semel Aeschines, 3, 107: ταύτην ποτὲ τὴν χώραν κατώικησαν Κιρραῖοι καὶ Κραγαλίδοι, γένη παρανομώτατα· οἵ ... quo loco argumentum iudicii sui affert orator pariter ut tragici haud raro pronomine relativo quod positum est pro οὗτοι pronomine demonstrativo et γάρ particula.

Quoniam non solum e nominibus substantivis formantur appositiones, sed etiam ex adiectivis et participiis neutri generis singularis numeri, non miramur, quod tales quoque appositiones invenimus locis nonnullis additas ad iudicia facienda de praegressis. Apud poetas tragicos unum tantum equidem inveni exemplum, Eur. fr. 154:

τὸ ξῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
κενόν γ'· ὅταν γὰρ.

Oratores Attici adiectiva usurpaverunt ad iudicandum de praegressis nonnisi καί particula coniuncta cum enuntiato eo quod antecedit et negandi induta vi οὐδέν negatione addita. Non omnia diligenter collegi exempla. Haec habeo quae afferam, quorum pleraque iam collecta inveniuntur Frohberger-Gebauer Lysias 1 S. 503. Haec notabo „Fr." litteris: [Dem.] 61, 16 (Fr. propter καί): καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· τὰ μὲν γὰρ. Aesch. 1, 69 (Fr. propter μὰ Δία): καὶ οὐδὲν μὰ Δία θαυμαστόν· ἀναβήσεται γὰρ οἶμαι δεῦρο —. Hyp. c. Dem. 17 Bl. (Fr. propter καί): καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· οὐδέποτε γὰρ οἶμαι. Si superlativo gradu ponuntur talia adiectiva, praemittitur articulus: Dem. 57, 46, ubi argumentum iudicii non affert orator: τὸ μὲν ἁπλούστατον οἶμαι καὶ δικαιότατον. Praecedunt hi iidem superlativi verba finita, de quorum actione continent iudicia, his duobus locis: exord. KA 4: ἵν' οὖν μή, τὸ ῥᾳ-

στον ἁπάντων, ἐπιτιμήσω μόνον, exord. NΓ: καὶ, τὸ μέγιστον ἁπάντων, ὅτι συμφέρει ταῦτα ποιεῖν αὐτοῖς.

12. de universis enuntiatis, quibus iudicatur de praegressis.

Haec participia coniuncta, adverbia, appositiones, quibus iudicatur de antecedentibus, valent idem atque enuntiata universa. Nam his quoque hic illic aut eadem aut certe similia fiunt iudicia de iis quae proxime dicta sunt. Sed quoniam hoc mihi proposui ut agerem hoc in opusculo non de universis enuntiatis, sed de membris tantum enuntiatorum, pauca modo huius rei afferam exempla, et talia quidem, quae apte conferantur cum nonnullis eorum quae adhuc congessi. Tribus autem modis formantur haec enuntiata, quibus iudicatur de praegressis.

a. de enuntiatis a *καί* particula incipientibus.

Atque primum quidem adnectitur enuntiatum quod continet iudicium de praegressis, aut καί particula non inusitata ad hanc rem aut eadem καί particula atque pronomine demonstrativo: Isocr. 5, 26: καὶ ταῦτ' οὐκ ἀλόγως ἐγνώκασιν· ἐπειδὰν γὰρ ὁ λόγος —. [Dem.] 7, 42. 3: καὶ τοῦτό γ' ἀληθῆ λέγουσιν· ἔγραψε γὰρ. Idem hoc iudicium participio coniuncto facit de praegressis Dem. 18, 87: λέγοντες ἀληθῆ et negatione addita Isocr. 8, 100: οὐκ ἀληθῆ λέγοντες· οὐ γὰρ. Tum commemoraverim Lys. 32, 17, καὶ ταῦτα μὲν καλῶς ποιεῖς· τοὺς δ' ἐμοὺς —[1]), quocum loco consentiunt tres hi Demosthenis: 18, 314: καὶ καλῶς ποιεῖς, 20, 149: καὶ καλῶς ἐποίει, 25, 97: καὶ καλῶς ἐποίει. Hic universis enuntiatis fit idem iudicium atque alibi καλῶς ποιῶν sive εὖ ποιῶν participiis, quae haud raro ad iudicandum usurpata esse ab oratoribus demonstravi supra p. 17 sqq. Hic ut illic argumenta non afferuntur horum iudiciorum.

Appendix: Idem hoc iudicium quod proxime exemplis illustravi denique ita fit, ut iudicetur verbo

1) cf. quae disseruit Frohbergerus ad h. l.

finito aliquo, quocum coniunctum est participium, quod continet eam rem, de qua iudicatur. Praegreditur verbum finitum, sequitur participium. Paucis attigit hanc rem Leeuwenius ad Ar. Equ. 1180. Iis locis quos comparavit vir doctus habeo quem addam Lys. 28, 8. Hunc locum laudavit Frohbergerus, Lysias [2] (Gebauer) ad 24, 14.

γάρ particula sequitur Eur. Med. 472 sq.

εὖ δ' ἐποίησας μολών·
ἐγώ τε γὰρ.

Lys. 28, 8: *Θρασύβουλος μὲν οὖν ... καλῶς ἐποίησεν οὕτως τελευτήσας τὸν βίον· οὐ γὰρ ἔδει.* iudicia argumentis non confirmantur ceteris his locis:
Ar. Equ. 1180: *καλῶς γ' ἐποίησε τοῦ πέπλου μεμνημένη.* Ar. Pac. 1311: *εὖ ποιεῖς δὲ καὶ σὺ φράζων.* Neque ab Herodoti elocutione alienum est hoc modo facere iudicia: 5, 24: *εὖ γὰρ ἐποίησας ἀπικόμενος.* Secundum rationem logicam exspectamus his locis praesentis temporis participia. Et invenimus tale participium Ar. Pac. 1311. Sed hoc loco etiam verbum finitum praesenti positum est tempore. Omnibus autem reliquis locis, quibus verba finita sunt aoristi temporis, legimus aut aoristi temporis participia aut id quod fit Ar. Equ. 1180 perfecti temporis. Videmus his quoque locis sese invicem attrahere tempora verborum atque participiorum quae cum iis sunt coniuncta (v. quae dixi p. 25).

His adnexis redeamus unde aberravimus atque pergamus exempla enumerare. Sequatur Dem. 20, 108: *καὶ ταῦτ' ἀμφότερ' ὀρθῶς ἔχει, καὶ τἀκεῖ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν· διὰ τί, ὅτι* [1]). Cum Isocr. 8, 3: *καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖτε· καὶ γὰρ* atque Lys. 5, 3: *καὶ οὐ θαυμάζω· ἴσασι γὰρ* conferenda est *καὶ οὐδὲν θαυμαστόν* appositio, qua idem fit iudicium de praegressis e. gr. [Dem.] 61, 16. Aesch. 1, 69. Hyp. c. Dem.

1) Iisdem *διὰ τί; ὅτι* voculis causam adnexuit iudicii Aesch. 1, 28: *νὴ Δία καλῶς γε, ὡς ἔγωγέ φημι· διὰ τί; ὅτι.* Iniuria ergo deleri mavult Blassius cum Vindobonensi *ὅτι* pronomen.

17 Bl. Illud iudicium, quod tam saepe *εἰκότως* adverbio fieri vidimus, nusquam fit participio coniuncto, universis enuntiatis his e. gr. locis: Isocr. 7, 11: *καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν· οὐδὲν γὰρ.* Dem. 8, 40: *καὶ τοῦτ' εἰκότως τρόπον τινὰ πράττει· οἶδεν γὰρ.* Dem. 18, 103. 4: *καὶ ταῦτ' εἰκότως ἔπραττον ἐκεῖνοι· ἦν γὰρ αὐτοῖς —.* Isocr. 11, 25. 6: *καὶ ταῦτ' εἰκότως δοξάζουσιν· πολλὰς γὰρ.* Cum *δικαίως* adverbio epicritice usurpato idoneus est qui conferatur Dem. 25, 29 fin.: *καὶ δικαίως ἂν τοῦτο ποιήσαιτε.* Denique adnectamus Isocr. 4, 149. 50: *καὶ τούτων οὐδὲν ἀλόγως γέγονεν, ἀλλὰ πάντ' εἰκότως ἀποβέβηκεν· οὐ γὰρ.*

b. de enuntiatis conexis cum praegressis pronomine relativo.

Deinde talia iudicia de praegressis fiunt enuntiatis universis eiusmodi, quae pronomine relativo cohaerent cum iis quae antecedunt. Cuius generis sunt e. gr. Isocr. 12, 235: *ὧν τἀναντία σὺ πεποίηκας.* Quod idem iudicium factum de verbi finiti actione continent participia coniuncta in fine enuntiati addita Antiph. 5, 34: *τοὐναντίον ποιήσαντες ἢ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι.* Isocr. 13, 5. 6: *τῶι δ' ἐπαγγέλματι τἀναντία πράττοντες· τοὺς μὲν γὰρ.* Praeterea huc quadrant hi loci: Isocr. 14, 10: *ὅπερ ἐστὶ δίκαιον.* Men. Sam. 10: *ὅπερ εἰκός.* Quocum loco contulerim Soph. Phil. 497 sqq.:

ἢ τὰ τῶν διακόνων
ὡς εἰκός, οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῶι μέρος
ποιούμενοι τὸν οἴκαδ' ἦπειγον στόλον.

Deinde Isocr. 12, 254: *οὗ μεῖζον ἔργον καὶ θαυμαστότερον οὐδεὶς ἐπιδείξει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενόμενον, οὐδὲ πρᾶξιν εὐτυχεστέραν καὶ θεοφιλεστέραν τῆς ...* Isocr. ep. 9, 4. 5: *οὗ κάλλιον ἔργον οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν, οὔτε γὰρ.* Dem. 20, 37: *ὃ πολὺ δεινότερον τοῦ καθελεῖν· αὗται γὰρ.* Isocr. 8, 7: *ὃ χαλεπώτατον πάντων τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων ἐστίν· οὕτω γὰρ.* Non inutile duco com-

parare Cic. Tusc. 2 § 12: quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Ut enim.

c. de apodosi, qua iudicatur de protasi.

Tum iudicia de iis qua praecedunt fiunt ita, ut ea de quibus iudicatur posita protasi enuntiati alicuius quae incipit ab *εἰ* particula condicionali praecedant, sequatur iudicium apodosin faciens. Cuius iudicandi de praegressis generis sex exempla praebet Sophocles in trimetris. Horum autem locorum duo exstant in Oedipode Rege, reliqui quattuor omnes in Trachiniis.

Tribus horum locorum dicunt cur ita iudicent enuntiatis quae sequuntur atque quae coniuncta sunt cum enuntiato quod praecedit altero loco *γάρ*, altero *οὐ γάρ*, tertio autem *ἐπεί* particula. Apparet haec enuntiata spectare ad apodosin tantum enuntiati superioris. Sed accedam ad locos ipsos perlustrandos. Duo exempla, quae sibi respondent, legimus in O. R. versibus alternis 549 sqq.:

ΚΡ. *εἶ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν*
εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρίς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.

ΟΙ. *εἶ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς*
δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.

ὅστις pronomen relativum munere fungitur *εἰ* particulae atque *τις* pronominis indefiniti Trach. 441. 2, ubi idem atque O. R. versibus *φρονεῖν* verbum est usurpatum ad iudicium faciendum:

Ἔρωτι μέν νυν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ·
οὗτος γὰρ ἄρχει

Figuram etymologicam quae vocatur facit verbum quo iudicatur cum obiecto non inusitate Trach. 449. 50:

ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν
ψεύδῃ, μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις.

Exemplorum agmen clauditur his duobus locis: Trach. 457:
κεἰ μὲν δέδοικας, οὐ καλῶς ταρβεῖς, ἐπεί.

Trach. 943 sqq.: *ὥστ' εἴ τις δύο*
ἢ κἄτι πλείους ἡμέρας λογίζεται,
μάταιός ἐστιν· οὐ γὰρ.

Monendum est denique tribus horum locorum apodoseos verbum finitum eiusdem esse notionis atque protaseos verbum id, cuius de actione iudicatur:

O. R. 549 sqq. bis: *νομίζεις — φρονεῖς.*
Trach. 449. 50: *μαθὼν — ἐκμανθάνεις.*
Trach. 457: *δέδοικας — ταρβεῖς.*

Quoniam autem apodoseon verbis finitis nil aliud additum legitur nisi aut adverbium aliquod aut obiectum quod efficitur verbi actione eodemque atque adverbium fungitur munere, his locis apparet ceteris manifestius apodoseis has nihil aliud continere nisi iudicia facta de protaseon verbi actione. Aeschyli Euripidisque exempla nondum collegi, oratorum Atticorum conferam haec: Dem. 21, 70, ubi idem verbum habemus et in protasi et in apodosi: *Εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν ἢ ὡς δέον αὐτὸν τεθνάναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει· οὐ γάρ ἐστι δίκαιον.* Ceteris duobus quos conferam Demosthenis locis apodoseis constant e *ποιεῖν* verbo coniuncto aut cum adverbio aut cum obiecto quod efficitur verbi actione: exord. *ΜΔ* 2: *εἰ μὲν οὖν οἰήσεσθε δεῖν μὴ θέλειν ἀκούειν, οὐκ ὀρθῶς ποιήσετε.* exord. *ΛΕ* 2: *εἰ γὰρ ἐξὸν παραινεῖν ὅταν σκοπῆτε, βεβουλευμένων κατηγορεῖν αἱροῦνται, συκοφαντῶν ἔργον, οὐχ ὡς φασιν, εὔνων ποιοῦσιν ἀνθρώπων.* Participium epicriticum similiter formatum est Dem. 19, 99: *πρᾶγμα ποιοῦντες ἀνθρώπων χρηστῶν καὶ φιλανθρώπων.*

13. de vi corroborata atque debilitata iudiciorum de praegressis factorum.

a. de vi aucta.

Nonnullis eorum quos attuli locorum vis horum iudiciorum de praegressis factorum corroboratur aut additis

aut intercalatis verbis quibusdam. Atque primum quidem maiore quadam vi pronuntiantur haec iudicia iis locis, quibus γε particula addita est enuntiatorum membris iis, quibus usi sunt ad iudicandum de praegressis. Quinque autem locis adiectam legimus hanc particulam, ter ad appositiones: Eur. Cycl. 283: *αἰσχρὸν στράτευμά γ', οἵτινες.* Dem. 22, 73: *ὅμοιόν γ', οὐ γὰρ; τοῦτο τοῖς προτέροις ἐπιγράμμασιν, ἢ* ... cf. 24, 181. E. fr. 154, 2: *κενόν γ'· ὅταν γὰρ*; bis ad universum enuntiatum: [Dem.] 7, 42. 3: *καὶ τοῦτό γ' ἀληθῆ λέγουσιν· ἔγραψε γὰρ.* Ar. Equ. 1180: *καλῶς γ' ἐποίησε.* Multo crebrius atque saepissime vis horum iudiciorum augetur intercalatis vocativis iis quibus alloquuntur oratores aut iudices aut populum Atheniensium. Qua re affecta sunt participia epicritica hisce locis: Lys. 13, 70: *ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί. οὔτε γὰρ* [1]). Is. 9, 34: *ὁσιωτάτην δέησιν δεόμενος ὦ ἄνδρες.* Dem. 21, 9: *καλῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ συμφερόντως ἔχων ὁ νόμος, ὡς* ... Dem. 23, 25: *καλῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦθ' ὑπὲρ εὐσεβείας ὅλης τῆς πόλεως προιδών.* Dem. 23, 41 fin.: *γράψας ἀνομοίως ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶι τουτὶ τὸ ψήφισμ' εἰρηκότι.* Dem. 23, 72. 3: *ὀρθῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πάντα ταῦτα λέγων ὁ νόμος.* Dem. 37, 13: *νοῦν ἔχοντες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι κατ' αὐτό γε τοῦτο.* Dem. 57, 6, ubi *καλῶς ποιῶν* iudicium, quod praecedit verbum, eodem modo pronuntiatur expressius: *δι' ἣν καλῶς ποιοῦντες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοὺς ἠδικημένους ἅπαντας σεσώκατε.* exord. *ΝΓ* 4: *ὁμοιότατ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν.* Videmus plerumque altero loco legi haec verba interposita, exordium autem horum participiorum facere adverbia, quippe in quibus vis posita sit horum iudiciorum. Adverbia epicritica idem patiuntur haud paucis his locis: Lys. 16, 16: *εἰκότως, ὦ βουλή*, 25, 27: *καὶ εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί.* Isaei 8, 12: *εἰκότως, ὦ ἄνδρες,*

1) cf. quae adnotat Frohbergerus ad h. l.

10, 6: *οὐδὲ καθ' ἕνα νόμον, ὦ ἄνδρες.* Dem. 36, 51: *δικαίως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* [D.] 47, 23: *δικαίως, ὦ ἄνδρες δικασταί.* 30, 37: *εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί.* 19, 158: *αἰσχρῶς ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἀναξίως ὑμῖν.* Hyp. p. Eux. 7 Bl.: *εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί.* Aesch. 2, 87. 8: *καὶ μάλα ὀρθῶς καὶ πολιτικῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Ex appositionibus uni tantum talis vocativus additus legitur: Dem. 19, 64. 5: *θέαμα δεινὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἐλεινόν.* Similiter interponuntur ea quibus testantur deos: Dem. 57, 42: *τῶι μὲν εἰς ἔμ' ἥκοντι κινδύνωι νῦν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ συμφέρον πρᾶγμα ποιήσασα.* [Aesch.] ep. 12, 3 fin.: *δικαιοτάτην ὦ θεοὶ γραφήν.* Dem. 1, 23: *καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως.* Aesch. 1, 69: *καὶ οὐδὲν μὰ Δία θαυμαστόν·* cf. Ar. Plut. 863: *νὴ Δία καλῶς τοίνυν ποιῶν.*

Denique sunt loci nonnulli, quibus ad unum membrum epicriticum complura simul sunt addita verba, quibus augetur vis eorum iudiciorum: γε particula atque vocativus ad participium Dem. 23, 55: *πάντων γ' ὀρθότατ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῦτον ἀφιείς*, ad adverbium Dem. 37, 36: *ὀρθῶς γ' ὦ Πανταίνετε.* [Dem.] 52, 29: *οὐκ ἔκ γε τῶν εἰκότων ὦ ἄνδρες δικασταί.* γε particula et deus testis invocatus ad adverbium Dem. 19, 215: *καὶ νὴ Δι' εἰκότως γε.* ad participium Ar. Pac. 271. 2: *εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν.*

b. de vi debilitata.

Similis aliqua res fit iis locis, quibus et magis efferuntur atque simul certum in modum debilitantur haec iudicia. Addunt enim ad haec iudicia haud raro verba quaedam intercalata, quibus ipsi dicunt sese iudicium facere de iis quae dixerunt, et solos quidem ipsos. Simul enim negant his iisdem verbis generaliter valere haec iudicia se velle. Iudicandi verbo ipso ita usus est Aesch. 1, 3: *ἐπίταγμα, ὥς γε δὴ ἐγὼ κρίνω, οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες, ἀλλὰ καὶ πάνυ ῥάιδιον.*

Saepe οἶμαι verbo inserto et indicant suum quidem ipsorum esse iudicium id quod pronuntiant de aliqua re atque simul maiorem aliquam vim attribuunt eidem huic iudicio. Hoc autem verbum plerumque inseruerunt participiis epicriticis, raro aliis membris epicriticis, participiis autem haud paucis his locis: And. 1, 19: *λόγον οἶμαι δεινότατον καὶ ἀνοσιώτατον λέγοντες*. Dem. 22, 42: *πρᾶγμα ῥάιδιον οἶμαι διαπραξάμενος τῶν . . .* Hyp. c. Athenog. 14 Bl.: *πάντων οἶμαι παράγγελμα κάλλιστον παραγγέλλων*. Imprimis haec res propria esse videtur elocutionis Aeschinis, qui alibi quoque iterum atque iterum intercalare solet hoc οἶμαι: 1, 47: *πρᾶγμα οἶμαι χαλεπὸν ἐξεργάζεσθαι ἐγχειρῶν*. 1, 71. 2: *πρᾶγμα οἶμαι ἀναιδὲς λέγοντες*. 3, 194: *καλῶς οἶμαι σεμνυνόμενος*. Ultimum hoc Aeschinis exemplum diversum est a reliquis ea re, quod hoc loco excepto reliquis omnibus habemus figuram quae vocatur etymologica.

Raro idem οἶμαι verbum coniunxerunt cum adverbiis epicriticis. Ad *εἰκότως* adverbium tam saepe usurpatum epicritice nemo addidit hoc verbum nisi bis auctor Demosthenicae 44: 3: *εἰκότως οἶμαι*. 67: *εἰκότως οἶμαι*. 53 sequitur οἶμαι verbum *γάρ* particulam hunc in modum: *εἰκότως· ὅτι γὰρ οἶμαι*. Sed hoc loco omisit hoc οἶμαι Augustanus 1. Ex qua re collegerim, etsi alibi saepe legimus idem οἶμαι post *γάρ* particulam interpositum, hic tamen scribendum esse ex huius scriptoris usu *εἰκότως οἶμαι· ὅτε γὰρ* . . . Praeterea οἶμαι verbum nusquam additum invenitur ad adverbia quidem epicritica nisi quod semel legitur apud Dinarchum 1, 76 *δικαίως οἶμαι*, quocum loco cf. Lyc. c. Leocr. 66: *ἐγὼ μὲν οἶμαι δικαίως*.

Appositionibus insertum est οἶμαι verbum his duobus locis: Dem. 23, 100. 1: *εὑρῆθη μὲν οἶμαι, μᾶλλον δ' ἀναιδῆ λόγον*. Dem. 57, 46: *τὸ μὲν ἁπλούστατον οἶμαι καὶ δικαιότατον*. Ad iudicium universo factum enuntiato addidit idem οἶμαι semel Sophocles, Phil. 498: *ὡς εἰκός, οἶμαι*.

Interest quaedam similitudo inter hos locos atque eos, quos ultimos nunc addiderim quibusque *ὡς* particula interposita leguntur verba similis cuiusdam notionis: Isocr. ep. 4, 8: *παραπλήσιον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων τισίν, οἳ*[1]). Isae. 2, 1: *οὐκ ὀρθῶς βουλευόμενος, ὡς ἐγώ φημι*. His locis adnumerandus est Aesch. 1, 3, quem laudavi p. 49. *γε* particula, *νὴ Δία* verba pariter atque Ar. Plut. 863. Dem. 19, 215, *ὡς ἔγωγέ φημι* verbum aeque atque Isae. 2, 1, omnia una addita sunt ad *καλῶς* adverbium epicriticum Aesch. 1, 28: *νὴ Δία καλῶς γε, ὡς ἔγωγέ φημι*.

Debilitant vim iudiciorum quibus iudicant de praegressis ibi, ubi addunt *ἴσως* voculam. Cuius rei tria tantum habeo exempla quae afferam: Isocr. 12, 89. 90: *ψεῦδος μὲν οὐδὲν λέγων, πλείω δ' ἴσως τῶν μετρίων*. Dem. 57, 42: *τῇ μέντοι ὑπαρχούσῃ πενίαι ἴσως καὶ ἀναγκαῖα καὶ ἁρμόττοντα ποιοῦσα*. Dem. 1, 23: *καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως· τὸ γὰρ*[2]). Verum hactenus de *ἐπικρίσεως* usu poetarum tragicorum atque oratorum Atticorum.

II. De *γάρ* particula ad variorum generum participia coniuncta pertinente.

Sed non solum participia epicritica inveniuntur hoc modo usurpata, et ita quidem, ut ad ea sola spectet quod sequitur enuntiatum, sed etiam alia variorum generum participia coniuncta ita magis minusve dissolvuntur ab enuntiato eo, cui sunt addita, hac eadem re, quod ex enuntiatis iis quae sequuntur aut unum aut complura quasi

1) Non inepte confertur Cic. Tusc. 2, § 12: 'quod quidem mihi videtur esse turpissimum', nisi quod hoc loco ‚videtur' est verbum finitum.

2) Idem fecerunt Latini, certe Cicero, Tusc. 3 § 26: ‚Illam enim oderas et iure fortasse'. Tusc. 5, 93: Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen: partim esse —.

pendunt ex his participiis. Res ita se habere videtur, ut ad omnia participia ea quae verbum finitum subsequi possunt adnecti possit, si res secum fert, enuntiatum γάρ particula ita, ut pertineat hoc enuntiatum ad haec sola participia neque autem ad universum enuntiatum superius. Ne multus sim, eligam e magno exemplorum numero ea tantum, quae ad rem illustrandam maxime idonea mihi videntur.

14. De causae participiis.

Atque primum quidem pertinent enuntiata γάρ particula conexa cum praegressis ad praesentis temporis participia coniuncta, quibus causa affertur eius rei, quae dicta est enuntiato principali.

Ut exordiar a poetis tragicis, pleraque exempla praebet Euripides, a Sophoclis genere dicendi hanc rem non alienam esse nonnulli loci aperte demonstrant, Aeschylus talia magis vitasse videtur. Cum Eur. Ion. 20 sq.:

> προγόνων νόμον σώζουσα τοῦ τε γηγενοῦς
> Ἐριχθονίου· κείνωι γὰρ

contulerim Hel. 1552:

> τοὺς σοὺς λόγους σώζοντες· ἄρχειν γὰρ.

Deinde sequatur Soph. Ai. 124 sqq.:

> οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν·
> ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
> εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν.

Verba inde ab ὁρῶ verbo faciunt ut lumen orationis sententiam quae generaliter valet atque qua simul verba Ulixis finiuntur. Quibus rebus consentiunt cum hoc loco Eur. Heracl. 938 sqq.:

> τέρψαι θέλοντες σὴν φρέν'· ἐκ γὰρ εὐτυχοῦς
> ἥδιστον ἐχθρὸν ἄνδρα δυστυχοῦνθ' ὁρᾶν.

Bacch. 258 sqq.:

> τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων· γυναιξὶ γὰρ
> ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,
> οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων.

Hel. 730.1:

> τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον,
> τὸν νοῦν δέ· κρεῖσσον γὰρ τόδ' ἢ δυοῖν κακοῖν
> ἓν' ὄντα χρῆσθαι, τὰς φρένας τ' ἔχειν κακὰς
> ἄλλων τ' ἀκούειν δοῦλον ὄντα τῶν πέλας.

Tum apte inter se comparantur

Soph. O. R. 447.48: οὐ τὸ σὸν
δείσας πρόσωπον· οὐ γὰρ

atque O. C. 265: ὄνομα μόνον δείσαντες· οὐ γὰρ δὴ.

Denique addiderim Soph. Ant. 649 sqq.:

> εἰδὼς ὅτι
> ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
> γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις· τί γὰρ
> γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός.

Apud oratores haud paucis locis eodem modo per γάρ particulam argumenta adnectuntur participiorum eorum quibus indicatur mentis habitus, ex quo facta sunt ea quae dicta leguntur enuntiatis principalibus. Cum Eur. Heracl. 939:

> τέρψαι θέλοντες σὴν φρέν'· ἐκ γὰρ

affinitate quadem coniunctus est e. gr. Isocr. 11, 267: ἅμα δὲ βουλόμενος πεῖραν λαμβάνειν ἐν τοῖς φανεροῖς, ἥντινα περὶ τῶν ἀφανῶν διάνοιαν ἔχουσιν· ἐνόμιζε γὰρ. Cum Soph. O. R. 447 sq. et O. C. 265 convenit Isocr. 18, 49: οὐ τὰ παρόντα μισήσας ἀλλὰ δείσας τὸν ἐπιόντα κίνδυνον, ὡς ὕστερον ἐδήλωσεν· ἐπειδὴ γὰρ. Cum Soph. Ant. 649 sqq. congruunt haec oratorum exempla: Lys. 33, 4: εἰδότας ὅτι...; ὁρῶμεν γὰρ. [Dem.] 47, 31.2: εὖ εἰδότας ὅτι ... ὁ γὰρ. Isocr. ep. 9, 2: οὐκ ἀγνοῶν τῶν λόγων τὸν εὐμεταχειριστότερον ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδώς, ὅτι ... οὐ γὰρ. Quibus locis adnumerandi sunt Isocr. 8, 31.2: κακῶς εἰδότες, ὡς ... τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς —. ep. 7, 4.5: κακῶς εἰδότες, ὅτι ... ταύτην γὰρ. Quorum locorum alterum (ep. 7, 4.5)

ignorat Frohbergerus [1]), alterum (8, 31. 2) confusit cum participiis epicriticis, quam sententiam refutavi p. 20 sqq. Antiph. 6, 45: *ἐλπίζων οὕτως ἄν ἄριστα πράξειν· ἔστι μὲν γὰρ.* Isocr. 19, 49: *ἐνθυμηθέντας, ὅτι ... διὰ γὰρ τοῦτον* —. [Lys.] 2, 77: *ἐπισταμένους ὅτι ... οὔτε γὰρ.* Lys. 25, 28: *ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν· τοῖς μὲν γὰρ.* Isocr. 15, 23. 4: *λογιζομένους ὅτι ... οὐ γὰρ δή.* cf. Dem. 6, 10. 11. Isocr. 15, 47: *νομίζοντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας πολὺ σοφωτέρους καὶ βελτίους καὶ μᾶλλον ὠφελεῖν δυναμένους εἶναι τῶν τὰς δίκας εὖ λεγόντων· συνίσασι γὰρ.* cf. 15, 314. 5. Dem. 18, 26. Isocr. 11, 11. 2: *οὐκ ἐκ τῶν παρουσῶν μόνον ἀλλ' ἐξ ἁπασῶν προκρίνας τὴν ἐκεῖ πολὺ διαφέρειν οἴκησιν· ἑώρα γὰρ.*

Appendix: de aliis membris quibus causa affertur.

Quoniam causa indicatur his participiis omnibus eius rei quae dicta est enuntiato principali, non miramur, quod eodem modo usurpavit Euripides *ἕκατι* praepositionem, coniunctam cum genetivo casu qui antecedit, Iph. A. 959:

οὐ τῶν γάμων ἕκατι· μυρίαι [2]) κόραι
θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν· εἴρηται τόδε.

διά praepositione coniuncta cum accusandi casu ita usus est Isocr. 5, 86. 7: *οὐ διὰ κακίαν ἀλλὰ διὰ φιλοτιμίαν· ἔσχε γὰρ.*

15. De causae atque temporis participiis.

His quae adhuc enumeravi participiis finitima sunt nonnulla, quae cum illis conveniunt ea re quod causam continent praegressorum, sed ab iisdem diversa sunt ea de causa, quia horum participiorum actio initium capit prius quam actio verbi finiti. Talibus quoque participiis

1) Frohberger-Gebauer, Lysias 13, 70 in appendice.
2) De *γάρ* particula omissa cf. quae explicavi p. 35 sq.

nonnullis locis argumentatio additur. Ubicumque id fit, ibi enuntiatum id, quod sequitur haec participia atque continet eam argumentationem *γὰρ* particula adnexam, pertinet non iam ad totum quod praecedit enuntiatum sed ad haec sola participia. Soph. Phil. 58 sqq.:

πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν
στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα,
οἵ σ'

οἵ pronomen positum esse pro *ἐκεῖνοι γὰρ* pronomine demonstrativo atque particula causativa apparet. Miro quodam consensu plane congruunt cum his versibus Eur. Suppl. 8 sqq.:

αἳ λιποῦσαι δώματ' Ἀργείας χθονὸς
ἱκτῆρι θαλλῶι προσπίτνουσ' ἐμὸν γόνυ,
πάθος παθοῦσαι δεινόν· ἀμφὶ γὰρ.

Conferas quaeso enuntiatorum periodum quae inest his atque Philoctetae illis versibus. Respondent autem inter se haec verba:

primum verba finita praesentis temporis:	*ἱκτῆρι θαλλῶι προσπίτνουσ' ἐμὸν γόνυ*	*πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον*
deinde haec aoristi participia:	*λιποῦσαι δώματ' Ἀργείας χθονός*	*ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν στράτευμ' Ἀχαιῶν*

Praeterea iis rebus conveniunt haec participia, quod ipsa obiectaque sua formant figuram etymologicam quae vocatur et patiendi habent vim. Quibus rebus cum his locis consentit Bacch. 1297:

ΑΓ. Διόνυσος ἡμᾶς ὤλεσ', ἄρτι μανθάνω.
ΚΑ. ὕβριν ⟨γ'⟩ ὑβρισθείς· θεὸν γὰρ οὐχ ἡγεῖσθέ νιν.

Quod attinet ad horum participiorum tempus et rationem, qua coniuncta sunt cum verbis finitis, convenit cum his locis Eur. Phoen. 1610 sqq.:

παῖδας τ' ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα,
ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς· | *οὐ γὰρ*

Aeschinis 1, 131: *Βάτταλος προσαγορεύεται* (sc. Demosthenes), *ἐξ ἀνανδρίας καὶ κιναιδίας ἐνεγκάμενος τοὔνομα· εἰ γάρ τίς σου —.*

16. De temporis participiis.

Deinde ad ea quoque participia coniuncta, quae mera temporis ratione spectant ad verba sua, adnectuntur nonnumquam per *γάρ* particulam sequentia. Haec participia omnia esse aoristi temporis patet. Cuius rei poetarum tragicorum nullum praesto habeo exemplum, oratorum vero tria tantum haec huc quidem sunt afferenda: Lys. 1, 27: *οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγών, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι· πῶς γὰρ ἄν, ὅστις.* Dem. 6, 21: *οὐ κρατηθέντες μόνου, ἀλλὰ καὶ προδοθέντες ὑπ' ἀλλήλων καὶ πραθέντες· οὐ γὰρ.* [Dem.] 40, 16: *προσκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ ἐπιγραψάμενος ἐπὶ τὸ ἔγκλημα Βοιωτόν· τοῦτο γὰρ.*

17. De modi participiis.

Ad ea quoque participia coniuncta, quibus dicitur, quo modo aut facta sint aut fiant aut facienda sint ea quae continentur enuntiato, modo sequantur verba finita, haud raro adnectuntur per *γὰρ* particulam ea quae sequuntur. Quae participia plerumque sunt praesentis temporis e ratione logica. Cuius rei e poetis tragicis unus Sophocles duo haec praebet exempla: Trach. 1250:

τὸ σὸν
θεοῖσι δεικνὺς ἔργον· οὐ γὰρ ἄν ποτε.

Phil. 64 sqq.:

(*λέγειν*) *λέγων ὅσ' ἂν*
θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά·
τούτων γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς.

Sed oratorum haud paucis locis dilucide illustrare possum hanc rem: Lys. 25, 10 fin.: *σκοποῦντας μὲν ὅπως ἦσαν ἐν τῇι δημοκρατίαι πεπολιτευμένοι, ζητοῦντας δὲ εἴ τις*

αὐτοῖς ἐγίγνετο ὠφέλεια τῶν πραγμάτων μεταπεσόντων· οὕτως γὰρ ἂν. Isocr. 1, 11: . . *δεῖ ξῆν . . . νόμον μὲν τὸν ἐκείνου τρόπον ἡγησάμενον, μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρώιας ἀρετῆς γιγνόμενον· αἰσχρὸν γὰρ.* Isocr. 4, 24. 5: *αὐτόχθονες ὄντες καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς αὐτοῖς οἵσπερ τοὺς οἰκειοτάτους τὴν πόλιν ἔχοντες προσειπεῖν· μόνοις γὰρ.* Isocr. 5, 29: *μὴ πάρεργον ποιούμενος μηδὲ μετὰ ῥαιθυμίας ἀλλὰ μετὰ λογισμοῦ καὶ φιλοσοφίας, ἧς καὶ σὲ μετεσχηκέναι φασίν. μετὰ γὰρ τούτων.* Isocr. 5, 83, 4: *πρὸς σὲ δὲ νῦν ποιήσομαι τοὺς λόγους, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχων διάνοιαν καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ἡλικίαν, ὅτ' . . . τότε μὲν γὰρ.* Isocr. 7, 22: *οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες· τοιούτους γὰρ.* Isocr. 12, 145. 6: . . . *καθίστασαν . . . οὐ περιμαχήτους αὐτὰς* (sc. *τὰς ἀρχάς*) *ποιήσαντες οὐδ' ἐπιθυμίας ἀξίας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον λειτουργίαις ὁμοίας ἐνοχλούσαις μὲν, οἷς ἂν προσταχθῶσι, τιμὴν δέ τινα περιτιθείσαις αὐτοῖς· ἔδει γὰρ.* Isocr. 14, 46: *ἀποροῦντες, ὅποι τραπώμεθα, καὶ πάσας τὰς οἰκήσεις δυσχεραίνοντες· ἦν τε γὰρ.* Isocr. 15, 169. 70: *οὐκ ἀλόγως ἀλλ' ἐκ τῶν εἰκότων ὑπολογισάμενος καὶ παραμυθησάμενος ἐμαυτόν· τούς τε γὰρ.* Isocr. 15, 182. 3: *οὐ πολὺ διαστησάμενοι τὰς παιδείας ἀπ' ἀλλήλων ἀλλὰ παραπλησίαις χρώμενοι καὶ ταῖς διδασκαλίαις καὶ ταῖς γυμνασίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις· ἐπειδὰν γὰρ.* Isocr. 19, 189: *κινδυνεύσας περὶ τοῦ σώματος· ἐφρουρεῖτο μὲν γὰρ.* Cum his decem locis Isocrateis Demosthenicum unum tantum habeo quem comparem. Cum periodorum construendarum usu Isocrateo maxime convenire videtur haec res. Dem. 32, 24. 5: *πράττοντες μὲν ὡς ἔοικε καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο, ὡς ἡμῖν νῦν φανερὸν γέγονεν, οὐ δυνάμενοι δὲ πεῖσαι· ὁ γὰρ.* Denique huc quadrant hi duo Aeschinis loci: 1, 129: *πάνυ σαφῶς φράζων τοῖς βουλομένοις συνιέναι· λέγει γὰρ.* 1, 125: *ἀγοραῖα τεκμήρια καὶ παντελῶς ἀκόλουθα τῶι αὐτοῦ βίωι παρεχόμενος· πρῶτον μὲν γὰρ.*

quibuscum coniunxerim haec duo, quae praebent epistulae Aeschineae: 1, 3. 4: *οὐ χαριζόμενος ὑμῖν μετὰ τοῦ δοκεῖν ⟨ἐπιπλήττειν⟩, ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἀλλ' ἐλευθέριος νουθετῶν· εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ* —. 12, 15 fin.: *ἀλλὰ καὶ πράξατε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ πείσθητε, τὰ συνήθη τε αὐτοῖς καὶ μέτρια ποιοῦντες· οὐ γὰρ ἂν δή*. Cum Soph. Phil. 64 sqq. convenit e. gr. Isocr. 17, 21: (*ἐδεῖτό μου*) *λέγων, ὅτι . . . ὁ γὰρ παῖς* —.

Appendix: de aliis membris quibus indicatur modus actionis verbi.

Quoniam dicitur his participiis, quo modo fiant ea quae continet enuntiatum, non est mirum, quod eodem atque huius generis participiis ratione usi sunt poetae adverbiis vel iis quae pro illis sunt posita.

Soph. Phil. 91: *πρὸς βίαν καὶ μὴ δόλοισιν· οὐ γὰρ.*

Soph. El. 285: *αὐτὴ πρὸς αὑτήν· οὐδὲ γὰρ.*

cf. quae scite dixit Georgius Kaibel, primus atque adhuc unus, quod sciam, qui has res verbis attigit, haec adnotans ad hunc locum: „Die Worte *αὐτὴ πρὸς αὑτήν*, die das frühere *κατὰ στέγας* noch genauer umgrenzen, stehen mit Grund am Ende des Satzes. El. ist die einzige die klagt, niemand darf sie hören, die schmerzliche Freude einem vertrauten Wesen ihr Herz auszuschütten ist ihr versagt . . . Wiederum führt (wie 273) dieser nachträgliche Gedanke die Rede weiter: ‚die Mutter läßt mich nicht klagen *ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει*'".

Huius quidem generis participii leviter ita cohaerentis cum iis quae antecedunt Euripides nullum praebet exemplum, ut principio dixi huius capitis, neque autem aliter se habet Troad. 1201:

ἐκ τῶν παρόντων· οὐδὲ γὰρ

Dativus modi aeque atque haec participia usurpatus invenitur Eur. Bacch. 1112. 3:

μυρίοις οἰμώγμασι
Πενθεύς[1]*· κακοῦ γὰρ.*

Aeschylus non participio quidem coniuncto, sed adiectivis non aliter usus est bis hisce locis: Agam. 627:

οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς; ξυνώμοσαν γὰρ

Agam. 1141: *οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.*

18. De instrumenti participiis.

Praeter ea quae adhuc attuli participia eodem modo ea quoque participia coniuncta, quibus dicunt, qua re fiat actio verbi, subsequitur *γάρ* particula ita, ut haec sola participia respiciantur hac particula neque autem totum quod antecedit enuntiatum. Exemplum dilucidum praebet

Eur. Ion. 1173: *πρόθυμα πράσσων· ἔκ τε γὰρ.*

Neque autem ullum praeter hoc inveni huius rei exemplum aut apud Euripidem aut apud Aeschylum Sophoclemque. Quod attinet ad oratores Atticos, eodem periodo sese excipere fecit enuntiata semel Lysias, bis Isocrates, nisi quis locus me praeteriit: Lys. 18, 11. 2: *παράδειγμα ποιούμενος πρὸς τοὺς ἄλλους Λακεδαιμονίους τὰς ἡμετέρας συμφορὰς τῆς τῶν τριάκοντα πονηρίας· δῆλον γὰρ.* Rem bene illustrat Isocr. 1, 13: *εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς μὴ μόνον θύων ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων· ἐκεῖνο μὲν γὰρ.*

---

1) Hic locus differt a ceteris ea re, quod enuntiatum id quod *γάρ* particula adnexum est atque *μυρίοις οἰμώγμασι* dativus, quae arte inter se cohaerent, seiunguntur a se invicem *Πενθεύς* subiecto enuntiati principalis interposito. Quod iure fit. Hoc enim subiectum constat e nomine proprio. Atqui amant nomina propria cum locum post caesuram tum initium versus occupare. Cuius rei sufficiant pauca haec exempla, quae facile augeri possunt:

Rhes. 159: *Δόλων· πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον*
652: *Μούσης· πατρὸς δὲ Στρύμονος κικλήσκεται*
(Strymonis patris nomen artificiose positum est post caesuram)
923: *Μοῦσαι μεγίστην εἰς ἔριν μελωιδίας*
942: *Μοῦσαι μάλιστα κἀπιχρώμεθα χθονί.*
922: *Πάγγαιον ὀργάνοισιν ἐξησκημέναι*
Eur. I. A. 927: *Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν.*

Isocr. 4, 39. 40: *τῶν μὲν κυρία γενομένη, τοῖς δ' αὐτὴν παράδειγμα ποιήσασα· πρώτη γὰρ.*

19. De concedendi rationis participiis.

Praeterea sunt loci nonnulli certe oratorum Atticorum, quibus per *γάρ* particulam enuntiatum aliquod rettulerint ad participia coniuncta ea, quae concedendi ratione cohaerent cum verbis finitis. Haec participia epicriticis finitima esse mihi videntur non solum ea re, quod plerumque ni admodum fallor ad illa sola, non ad universum quod praecedit enuntiatum spectat enuntiatum quod sequitur *γάρ* particula adnexum. Nescio an casui tribuendum sit quod apud tragicos nullum huius rei exstat exemplum. Oratorum vero haec praesto habeo exempla: And. 1, 99. 100: *οὐκ ἄξιος ὤν· ὅς.* Lys. 13, 64: *τίς ὢν αὐτός; δεῖ γὰρ.* Isocr. 4, 134. 5: *ἀμφοτέροιν αὐτοῖν τῆς Ἑλλάδος ὄντοιν· οἵ τε γὰρ.* Dem. 18, 41: *αὐτὸς ὢν αἴτιος· δῆλον γὰρ ὅτι.* Dem. 27, 49: *οὐδέτερ' ἔχων ἐπιδεικνύναι τούτων· οὔτε γὰρ ὡς.* Aesch. 1, 42: *οὐδενὸς ὢν τῶν μετρίων ἐνδεὴς· πολλὴν γὰρ πάνυ.* Aesch. 1, 88: *πολὺ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω ἔλαττον ἁμάρτημα ἡμαρτηκότες τουτουὶ τοῦ ἀνθρώπου· ἐκεῖνοι μέν γε*[1]) *οἱ ταλαίπωροι.* Aesch. 2, 3: *ἀπίθανος ὢν πρὸς τὴν ὑποψίαν ταύτην· τὸν γὰρ.*

Haec participia omnia composita sunt ex *εἶναι* verbi participio atque adiectivo aliquo vel iis quae adiectivi instar sunt usurpata, duobus exceptis locis Dem. 27, 49 et Aesch. 1, 88. Dem. 27, 49 *ἔχειν* verbi quod est „posse“ participio ita usus est orator, Aesch. 1, 88 participium atque obiectum efficiunt figuram quae vocatur etymologica. Non inutile duco conferre Herod. 5, 52: *οὐκ ὠυτὸς ἐὼν ποταμὸς οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥέων· ὁ μὲν γὰρ.*

1) De *γε* pro *γάρ* cf. quae dixi p. 13. adn. 2. p. 40 adn. 2.

20. De habitus participiis.

Ii duo Aeschyli loci, de quibus dixi p. 59, Agam. 626 sqq. et 1140 sqq., a ceteris his locis diversi sunt ea re, quod hic participii actio variis, sed certis rationibus spectat ad actionem verbi, sed illic ea adiectiva nihil habent commune cum verborum actione, sed pertinent ad enuntiati aut obiectum aut subiectum. Eodem modo participia coniuncta ea quibus describunt habitum eorum qui agunt nimirum spectant nusquam quidem ad verbi actionem, plerumque ad enuntiati subiectum. Ad haec quoque participia nonnullis locis relata leguntur *γάρ* particula sequentia ita, ut haec sola participia respiciantur iis quae dicta legimus enuntiato eo quod sequitur, prorsus vero neglegatur prius enuntiatum principale.

Quod fecit e poetis tragicis unus, ut videtur, Euripides quattuor hisce locis: Suppl. 94. 5:

οὐχ ἕνα ῥυθμὸν κακῶν ἐχούσας· ἔκ τε γὰρ.

Accedit hoc loco id quod hoc participium coniunctum est cum altero tantum membro subiecti bipertiti, quod est *ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας* prioris *μητέρα γεραιάν* nullo iam modo ratione habita. Huic loco gemellus est Bacch. 1053. 4:

ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις. | αἳ μὲν γὰρ.

Inspicias quaeso, quantopere alioqui congruant hi duo loci: respondent enim inter se *ἐφημένην* atque *καθῆντ'* verba finita, *οὐχ ἕνα ῥυθμὸν κακῶν ἐχούσας* et *ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις* participia eiusdem *ἔχειν* verbi. Deinde huc quadrare mihi videntur duo alii loci, qui quadam similitate inter se artius cohaerent Alc. 20:

ψυχορραγοῦσα· τῆιδε γὰρ.

Hipp. 1173 sqq., qui locus optime illustrat hanc de qua agitur rem et huius rei usum eum qui proprius est dictionis Euripideae:

ἡμεῖς μὲν ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας
ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας
κλαίοντες· ἦλθε γὰρ.

Differunt hi duo loci ab illis duobus, qui proximi antecedunt, ea re quod ibi enuntiatis iis quae *γάρ* particula cohaerent cum participiis praegressis, singulis rebus enumeratis accuratius describuntur ea quae dicta sunt iis participiis, hic vero iisdem illis enuntiatis dicitur, qua de causa fiant ea quae participiis narrata sunt. Hunc participiorum usum vitasse videntur oratores Attici. Unum tantum habeo exemplum quod conferam cum Euripideis illis, Isocr. 12, 197.8. Praecedit causae participium, sequitur tale, quo habitum significat rhetor eorum qui agunt: *μεῖζον φρονοῦντες ἐπὶ τῇι τῆς ψυχῆς ἕξει καὶ ταῖς διανοίαις ταῖς αὑτῶν ἢ ταῖς μάχαις ταῖς γεγενημέναις, καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἄλλων θαυμαζόμενοι διὰ τὴν καρτερίαν ταύτην καὶ σωφροσύνην ἢ διὰ τὴν ἀνδρίαν τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοῖς παραγενομένην· ἑώρων γὰρ πάντες* —.

His adquiesco exemplis. Videmus semper certis quibusdam rationibus sese excipere enuntiata atque participia coniuncta, id quod postulat participiorum coniunctorum qui vocantur natura. Nunc iterum revertendum est ad Alc. versus 682 ancipitem illam lectionem. Nam quae tandem ratio hoc loco agnoscenda sit inter *ὀφείλων* participium et enuntiatum id quocum hoc coniungendum est participium:

ἐγὼ δέ σ' οἴκων δεσπότην ἐγεινάμην
κἄθρεψ'

et quocum eorum quae collegi exemplorum comparandus sit hic locus, equidem non video. Ergo pro certo habuerim *ὀφείλων* participium coniunctum Alc. 682 omnino non ferendum esse.

III. De particulis, quae natura paria copulant, cum membris enuntiatorum universa enuntiata coniungentibus.

Haec enuntiata, quae *γάρ* particula referuntur tantum ad membra quaedam enuntiati praecedentis, nonnumquam in causa fuisse videntur eius rei, quod praeter argumentandi rationem aliae quoque rationes intercedunt inter quaedam enuntiati alicuius membra atque totum id quod sequitur enuntiatum. Nam videbimus interdum ad idem enuntiati alicuius membrum referri et *γάρ* et alia quadam particula duo ea quae proxima subsequuntur enuntiata.

His locis anacoluthiam facientia respondent inter se imparia, enuntiati membrum aliquod atque universum enuntiatum. Duae imprimis res effecisse videntur, ut existerent talia anacolutha. Plurimis horum locorum perspicuum est poetas et scriptores id agere, ut duarum rerum, quae sibi sint oppositae, altera quam altera maioris sit gravitatis utque haec res significetur iam enuntiatorum constructione. Ergo cum ponunt eam quam minus valere volunt rem enuntiati alicuius membro in fine addito, eam cui maiorem vim attribuere student opponunt non iam pari aliquo membro, sed universo enuntiato, quod referunt plerumque particulis adversativis ad illud membrum , non iam secuti artis grammaticae regulas.

Nonnullis autem locis accedit, ut inter tale enuntiati alicuius membrum et ea quae huic sunt opponenda intercedat enuntiatum aliquod, quod idem pertinet ad illud tantum membrum. Quod fit plerumque *γάρ* particula. His locis videntur poetae atque scriptores, postquam intercalarunt illud enuntiatum, quasi obliti enuntiatorum constructionis inchoatae artis grammaticae ratione non iam habita universo enuntiato, quod per se stat, eloqui ea, quae referunt ad rem membro eo enuntiatam et quae membro pendente debuissent dicere, siquidem legibus grammaticis oboedire voluissent.

Denique paucis horum locorum merae negligentiae attribuenda esse videntur haec anacolutha. Sed id interest inter hos de quibus nunc mihi agendum est locos et eos quos adhuc attuli, quod illis illa enuntiata introducta *γάρ* particula necesse est ad aliquid referantur, pendeant ab aliqua re, at haec quae nunc sequentur per se stare possunt. Ut idem aliis reddam verbis, subordinata sunt illa enuntiata ei quod praecedit, haec coordinata.

Haec res adhuc non est ignota; immo, iam multi viri docti eam tractaverunt. Quorum hos nominare satis habeo: eorum, qui libros grammaticos composuerunt, egerunt de hac re primus, quod sciam, Franciscus Vigerus, De praecipuis Graecae dictionis idiomatis libellus [3] (1766) 8, 8, 4: de *μέν — δέ* particulis. Hoogevenus ad Vigeri eiusdem libri 8, 1, 1 (adn. 59 p. 432): de *ἀλλά* particula. Hermannus ad Vigeri libri locum laudatum (ed. IV. Lips. 1834 ad p. 533 p. 838): de *μέν — δέ* particulis. Sed fallitur Hermannus et in iudicio de hac re facto et in exemplorum allatorum plerisque, ut videtur, certe in Thuc. 3, 43. Nam non solum si res vere inter se sunt oppositae, commode potest participium esse in priori membro, sed etiam si altera ad alteram additur res. Thuc. 3, 43 autem *μέν — δὲ ὅμως* particulis inter se opposita leguntur *κέρδους ἕνεκα* et *τὰ βέλτιστα*, quorum utrumque pendet e *λέγειν* verbo, alterum adverbii instar, alterum faciens obiectum. Praeter hos viros doctos afferam Thiersch, Griech. Gramm. (Lips. 1826) § 312, 11: de *τε — τε*, *τε — καί* particulis. Kuehner-Gerth, Ausführl. Gramm. der griech. Spr. § 490, 4 (2, 2 p. 100). In universum disputavit de hac re Ebhardt, De anacoluthorum usu in scriptis Graecorum, Prog. Dillenburg 1860 p. 8. Hi omnes non curaverunt sermonem poetarum tragicorum, nisi quod Hermannus e canticis contulit Soph. Trach. 122. Aesch. Sept. 765. Soph. O. C. 1454. Quod attinet ad poetas tragicos, de his anacoluthis disseruerunt H. Hartz, De anacoluthis apud Aeschylum et Sophoclem, diss. Berol. 1846, passim p. 25. 26. 27. 28, praecipue de usu Aeschyleo. Guil. Fries, De anacoluthis Sophocleis. Pars prior, diss. Vratislav. 1870, p. 21 § 5 usque ad p. 35. R. Koch, De anacoluthis apud Euripidem capita selecta V, diss. Hall. 1881, cap. V p. 54—62, inprimis § 20—22. Haec opuscula sub oculos mihi venerunt hoc opusculo iam perfecto iamque habito examine rigoroso. Eorum rationem habui ut potui. Eos quos haec mihi suppeditaverunt locos notatos invenies

litteris aut H aut F aut R. Sed ne hi quidem viri docti omnia contulerunt exempla, omiserunt unum alterumve. Neque singularum particularum, quibus haec effeciuntur anacolutha, satis habuerunt rationem in distribuendis exemplis. De singulis autem rebus disputabo occasione data. Tragicorum praecipue exempla nonnulla, sed multo pauciora, quam in opusculis laudatis congesta leguntur, enumerat Evaldus Bruhn, Sophokles. Erklärt von Schneidewin u. Nauck. Band 8: Anhang, p. 106, 30, quae comprehendit sub lemmate quod est „Verselbständigung eines zunächst abhängig gedachten Gliedes".

Sed accedam ad locos ipsos quam accuratissime excerptos perlustrandos. Id autem est praemonendum me neque in hoc neque in reliquis huius opusculi capitibus rationem habuisse canticorum poetarum tragicorum propter rei difficultatem. Nam hae quaestiones syntacticae seiungi non possunt a difficillimis quaestionibus metricis. Ea quae e partibus lyricis comparandi causa afferam exempla sumpsi ex opusculis laudatis.

21. de *ἀλλ' ὅμως* (*ὅμως δὲ*, *ἀλλά*) particulis.

Patet anacoluthiam eam qua sibi respondent membrum enuntiati alicuius finale atque totum quod sequitur enuntiatum facillime exsistere ibi, ubi ad partes pendentes alicuius enuntiati pertinent ea quae sequuntur enuntiata iis particulis, quibus ratione grammatica paria sibi respondeant necesse est, ratione vero logica imparia inter se referuntur. Ea enim quae praevalent ratione logica interdum ponuntur non iam membro enuntiati alicuius pendente ut ea quibus haec ratione grammatica respondent, sed enuntiato principali, quod dissolutum a periodi accurata constructione grammatica per se stat. Ita [*μέν*] — *ἀλλ' ὅμως* particulis haud paucis imprimis Euripidis locis inter se relata sunt membra quaedam atque tota enuntiata. Quibus locis enuntiatorum partes aliqua pendentes ratione digredi in enuntiata principalia nemo non sentit eo poetarum con-

silio, ut ea, quae fiunt aliqua re obstante, maiore aliqua vi efferantur quam ea, quae impediunt, quominus illa fiant. Participium coniunctum Euripides e tragicis solus hoc modo usurpasse videtur. Hic autem praebet duo exempla, quae quamquam singularem occupant locum, tamen rem dilucide demonstrant: Heracl. 318:

πτωχοὺς
ἀλήτας εἰσορῶντες· ἀλλ' ὅμως
οὐκ ἐξέδωκαν οὐδ' ἀπήλασαν χθονός.

I. A. 974: *οὐκ ὤν· ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.*

Adiectivum respondet enuntiato Or. 740:

χρόνιος· ἀλλ' ὅμως τάχιστα κακὸς ἐφωράθη φίλοις.

Qui enuntiatorum conexus quo clarius eluceat, idoneus qui componatur cum hoc loco Hel. 1232, ubi *μέν — ἀλλ' ὅμως* particulis inter se sunt relata duo universa enuntiata: *χρονία μὲν ἦλθες, ἀλλ' ὅμως αἰνῶ τάδε.* Quorum duorum enuntiatorum priori addita est *μέν* particula, id quod plerumque fit, ibi quoque, ubi membrum aliquod, quod pendeat aliqua ratione, continet ea quae conceduntur. Qua particula apposita membra ea a suis magis separantur atque ad sequentia artius adiunguntur. Hoc modo spectant principalia quae sequuntur enuntiata ad superioris enuntiati adiectivum ut appositio additum ad enuntiati subiectum Eur. Troad. 366:

ἔνθεος μέν, ἀλλ' ὅμως
τοσόνδε γ' ἔξω στήσομαι βακχευμάτων·

ad adverbium Eur. Her. 1365:

ἀθλίως μέν, ἀλλ' ὅμως
ψυχὴν βιάζου τἀμὰ συμφέρειν κακά.

Quocum loco plane convenit Sophoclis O. R. 998. 9:

εὐτυχῶς μέν, ἀλλ' ὅμως
τὰ τῶν τεκόντων ὄμματ' ἤδιστον βλέπειν.

μέν particula omissa est his duobus Euripidis locis, quibus appositiones, ad subiectum enuntiati pertinentes, transgrediuntur in enuntiata principalia: Or. 1168:

οὐ τύραννος, ἀλλ' ὅμως
ῥώμην θεοῦ τιν' ἔσχ'[1]).

Bacch. 323:

πολιὰ ξυνωρίς, ἀλλ' ὅμως χορευτέον (sc. ἐστί)
κοὐ θεομαχήσω σῶν λόγων πεισθεὶς ὕπο.

Deest *μέν* particula etiam Aeschyli Eum. 73. 4, ubi ὅμως δέ particulis sibi respondent appositio atque imperativus:

μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων·
ὅμως δὲ φεῦγε μηδὲ μαλθακὸς γένηι.

Alc. 353 *μέν* particula adiecta est appositioni, ceteroquin eadem atque illae ratione usurpatae, nisi quod haec posita accusandi casu spectat ad verbi actionem:

ψυχρὰν μέν, οἶμαι, τέρψιν, ἀλλ' ὅμως βάρος
ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν.

Horum locorum laudat Ricardus Koch Troad. 366, Or. 1168, Bach. 323, Alc. 353. Errat autem vir doctus, cum p. 57 dicit his locis participium ὤν facile suppleri posse. Quod nullo modo fieri potest Alc. 353. Ad participia coniuncta pertinent *ἀλλ' ὅμως* particulae Heracl. 318. I. A. 974, quos locos silentio praeteriit Kochius.

μέν particulam non posuit poeta Or. 29 sqq., ubi accusativus participii absolutus, qui facit appositionem ad verbi actionem pertinentem, atque enuntiatum principale inter se opponuntur ὅμως δέ particulis:

πείθει δ' Ὀρέστην μητέρ' ἥ σφ' ἐγείνατο
κτεῖναι πρὸς οὐχ ἅπαντας εὐκλείαν φέρον·
ὅμως δ' ἀπέκτειν' —.

1) Hoc loco habet membrum, quo conceditur, *οὐ* negatione addita negandi vim aeque atque I. A. 974 s. l., quo eodem loco deest *μέν* particula. Unde colligi potest omnino his atque similibus locis, si addatur *οὐ* negatio, omitti *μέν* particulam. cf. e. gr. Soph. Trach. 373. 4, ubi *οὐ* negatione, cui non addita est *μέν* particula, atque *δὲ* ὅμως particulis sibi respondent duo verba finita:

εἰ δὲ μὴ λέγω φίλα,
οὐχ ἥδομαι, τὸ δ' ὀρθὸν ἐξείρηχ' ὅμως.

Comparaverim cum his locis Euripidis Med. 499 sqq., ubi participio coniuncto quod est

δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;

respondent *ὅμως δ'* particulae, ad quas nullum est additum verbum, mente cogitanda sunt e sententia praegressa haec: *ὡς φίλωι ὄντι σοι κοινώσομαι* (499). Eius denique rei, quod etiam per *μέν* et *ἀλλά* particulas omissa *ὅμως* particula intercedit haec eadem concedendi ratio inter membrum aliquod et enuntiatum principale, praesto sunt haec duo quae praebent poetae tragici exempla: Eur. Hel. 281:

ἀδίκως μέν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' ἔστ' ἐμόν.

Soph. O. C. 16. 5: *κοὐκέτι*

τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν,
σκληρὰν μέν, οἶδα, παῖδες, ἀλλ' ἓν γὰρ μόνον
τὰ πάντα λύει ταῦτ' ἔπος μοχθήματα·

ubi *σκληράν* adiectivum miro modo additum est ut appositio ad obiectum enuntiati.

Iam ex eo quod ad hanc quoque rem aeque atque participia coniuncta usurpantur et adverbia et appositiones, sumendum est, etiam his participiis, adiectivis, adverbiis, appositionibusque iudicari de iis quae dicta sunt enuntiatis, eodem modo atque iis tragicorum atque oratorum locis, quos composui p. 9 sqq. Quae sententia confirmatur ea re, quod horum locorum duobus intercalata legimus similia atque illis locis verba quaedam, *οἶδα* verbum atque *παῖδες* vocativum Soph. O. C. 1615:

σκληρὰν μέν, οἶδα, παῖδες.

οἶμαι verbum tam saepe insertum membris epicriticis Eur. Alc. 353: *ψυχρὰν μέν, οἶμαι, τέρψιν.*

Sed ibi usurpata sunt illa participia atque ea membra quibus eorum instar usi sunt poetae atque scriptores ad nihil aliud nisi ad iudicia de praegressis facienda. Nam enuntiatis iis quae *γάρ* particula subiuncta sequuntur argumenta afferuntur iudiciorum illorum. Hic vero id quod iudicatur his membris de praegressis minus magisve obscuratur ea re, quod enuntiatis iis, quae *ἀλλ' ὅμως, ὅμως δέ,*

ἀλλά particulis relata sunt ad illa membra, intercedit atque praevalet concedendi ratio.

Oratores Attici etsi grammaticae legem observantes haud raro usi sunt *ἀλλ' ὅμως* particulis, verum tamen anacoluthiam admittentes imparia his iisdem particulis non iunxerunt perpaucis exceptis locis. *μέν* atque *ὅμως δέ* particulis participium coniunctum atque enuntiatum principale sibi respondent uno tantum loco, [Dem.] 59, 79 fin.: *δι' ἀπορρήτου μὲν γεγενημένην, ὅμως δὲ αὐτοῖς τοῖς πεπραγμένοις ἐπιδείξω.* Deest *μέν* particula his duobus locis Isocrateis qui sese non aliter habere videntur atque Eur. Heracl. 318: 5, 10 sq.: *οὐκ ἀγνοῶν οὐδὲν τῶν περὶ ἐμαυτόν, ἀλλ' εἰδὼς μὲν ..., ὁρῶν δ' ὅτι ... ἀλλ' ὅμως ἐγὼ ταύτας τὰς δυσχερείας ὑπεριδὼν οὕτως ἐπὶ γήρως γέγονα φιλότιμος, ὥστ'.* 6, 29. 30: *πολὺ χεῖρον πράττοντες τῶν πολεμίων· ἀλλ' ὅμως ἐν τοιούτοις καιροῖς γιγνομένων τῶν συνθηκῶν, ἐν οἷς οὐχ οἷόν τ' ἦν πλεονεκτεῖν, περὶ μὲν ἄλλων τινῶν ἀμφισβητήσεις ἐγίγνοντο, περὶ δὲ ...* Qui tamen locus a ceteris ea differt re, quod hic ea quae conceduntur repetuntur post *ἀλλ' ὅμως* particulas genetivo absoluto. Accusativus absolutus et enuntiatum principale referuntur inter se *μέν* atque *ὅμως δέ* particulis Dem. 18, 221: *ἐπεπείσμην δ' ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, τυχὸν μὲν ἀναίσθητον, ὅμως δ' ἐπεπείσμην. ἀλλ'* *ὅμως* particulis Dem. 25, 38: *δυ' ἔτη βιάζεται λέγειν οὗτος, οὐκ ἐξὸν αὐτῶι, ἀλλὰ λέγει γ' ὅμως.* genetivum absolutum atque enuntiatum principale eadem concedendi ratione, sed sola *ἀλλά* particula Dem. 18, 96: *τῶν τότ' Ἀθηναίων πόλλ' ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι καὶ Κορινθίοις καὶ Θηβαίοις τῶν περὶ τὸν Δεκελεικὸν πόλεμον πραχθέντων· ἀλλ' οὐκ ἐποίουν τοῦτ', οὐδ' ἐγγύς.* Deinde rettulit Demosthenes *ἀλλ' ὅμως* particulis enuntiatum principale ad appositionem, quae pertinet ad subiectum, 19, 277: *ἀνήρ, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῆι πόλει, καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως*

δημοτικός· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησε τούτων. 24, 134: ἄνδρα χρηστὸν καὶ δημοτικὸν καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πολλὰ σπουδάσαντα. ἀλλ' ὅμως τοὺς νόμους ὤιετο δεῖν —. Denique respondet πάνυ γ' voculae, quae adverbii instar est usurpata, ἀλλ' ὅμως particulis totum enuntiatum Dem. 8, 16: πάνυ γε, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς δεῖ σῶς εἶναι. Verum de ἀλλ' ὅμως quidem similibusque particulis hactenus.

22. de [οὐ—] ἀλλά particula.

Simile aliquid atque iis locis, quibus ἀλλ' ὅμως particulis imparia inter se referuntur, agere poetas atque scriptores apparet iis locis quibus ad membra quaedam enuntiatorum, quibus aliqua res negatur, per ἀλλά particulam universa enuntiata referunt. Qua re id spectant, ut ea quae affirmantur maiore aliqua vi efferantur quam ea quae negantur. Horum imprimis locorum haud paucis huic anacoluthiae id alterum in causa fuisse videmus, quod inter ea membra atque enuntiata, quae sibi οὐ negatione atque ἀλλά particula respondent neglectis grammaticae legibus, interpositum legimus alterum enuntiatum, quod γάρ particula inducunt atque quo dicunt, cur negetur illa res quam continet membrum finale enuntiati superioris.

a. de ὡς οὐ negatione — ἀλλά particula.

Atque primum quidem haud raro participia ea quae inducta sunt ὡς οὐ voculis transire videmus in universa enuntiata, quae opponuntur ἀλλά particula. Quod attinet ad poetas tragicos, participii unum quod afferam habeo exemplum, Soph. O. C. 732 sqq., ubi inter participium atque enuntiatum, quae sibi respondent, intercedit alterum enuntiatum, quod inductum ἐπεί particula continet causam participii:

ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς, ἐπεὶ ...
ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόσδ' ἀπεστάλην
πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,

adiectivi hoc, Aesch. Sept. 599. 600:

οὐχ ὡς ἄθυμον οὐδὲ λήματος κάκηι,
ἀλλ' οἶδεν ὥς σφε.

Praepositio atque casus, quae adverbii habent vim, et enuntiatum principale οὐχ ὡς negatione atque ἀλλά particula inter se sunt relata Soph. Ant. 34 sqq.:

(φασὶ τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα)
καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
οὐχ ὡς παρ' οὐδέν, ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾶι,
φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.

Paulo secus se habet Rhes. 145:

ὡς οὐ μενοῦντά μ'· ἀλλὰ προσμίξω νεῶν.

Haud paucis locis Isocrates οὐχ ὡς negatione atque ἀλλά particula imparia sese excipienda curavit: 5, 113. 4: λέγω δ' οὐχ ὡς δυνησόμενον ἁπάσας σε μιμήσασθαι τὰς Ἡρακλέους πράξεις, οὐδὲ γὰρ ... ἀλλὰ κατά γε ... δύναι' ἂν ὁμοιωθῆναι τοῖς ἐκείνου βουλεύμασιν, 14, 34: οὐχ ὡς πιστεύων τοῖς τούτων ἤθεσιν, ἀλλ' οἶδ' ὅτι γιγνώσκουσιν, ὡς, ep. 4, 8: οὐχ ὡς ἅπαντας ὁμοίους εἶναι νομίζων τοὺς ὑπὲρ αὐτὸν ὄντας, ἀλλὰ διὰ τὰς πρὸς ἐκείνους γεγενημένας δυσχερείας καὶ πρὸς τὰς παρ' ὑμῶν ἐλπίδας ἀθυμότερος ἦν. Quibus cum locis convenit Isaei 11, 31: οὐχ ὡς δι' ἐμὲ ἢ τοὺς νόμους κωλυόμενος, ἀλλὰ ταύτας τὰς προφάσεις ποιούμενος ἐπὶ ταύτας τὰς συκοφαντίας ἐλήλυθεν, ἐξ ὧν. Equidem non video, cur placuerit Nabero scribere οὐχ οὕτως δι'. Eodem modo ad genetivum absolutum enuntiatum principale rettulit Dem. 25, 44: οὐχ ὡς οὐχὶ πλειόνων ὄντων (ὤφελε γὰρ ...), ἀλλ' ὃ καθ' ὑμῶν ὡς ὄνειδος ὀκνῶ λέγειν, οὐδὲ τῶν ἄλλων πολιτῶν δίκαιός εἰμι δημοσίαι κατηγορεῖν· ad accusativum absolutum Dem. 37, 40. 1: οὐχ ὡς δίκαιον ὄν· ποῦ γάρ ἐστι δίκαιον ... ἀλλ' ἐγὼ πολλῶι τῶι δικαίωι περιεῖναι βουλόμενος συνεχώρουν. ad genetivum absolutum iterum Dem. exord. *IE* 1: οὐχ ὡς οὐ συνησόντων ὅτι ἄν τις λέγηι, ἀλλ' οὕτω πολλὰ καὶ ψευδῆ καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα τοῖς πράγμασιν συνειθίσθαι μοι δοκεῖτ' ἀκούειν, ὥστε ... Denique cum his locis apte componi mihi videtur

Aesch. 1, 141, quo loco *ὡς μέν — δέ* particulis eodem modo sese excipiunt genetivus absolutus atque enuntiatum principale: *ὡς τῶν μὲν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ὑμᾶς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι καὶ περιφρονοῦντες ἱστορίαι τὸν δῆμον.* Habet suum ἦθος hic locus, quod inscite corrupit Cobetus deletis *προσποιεῖσθε εἶναι* verbis.

b. de οὐ negatione — ἀλλά particula.

Deinde haud rarius eadem *ἀλλὰ* particula opponunt et poetae tragici et oratores universa enuntiata praecedentis enuntiati membris quibusdam, quibus negandi vim attribuunt mera *οὐ* negatione addita. Poetarum tragicorum Sophocles praecipue artificiosam atque simplicem hanc anacoluthiam usurpasse videtur. Participium quod *καὶ ταῦτα* voculis coniunctum est cum praegressis digreditur in enuntiatum O. R. 37. 8:

καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον
οὐδ' ἐκδιδαχθείς, ἀλλὰ προσθήκηι θεοῦ
λέγηι νομίζηι θ' ἡμῖν ὀρθῶσαι βίον.

Duo adiectiva, quibus negatur aliquid, atque participium cui est addita negatio transformantur in enuntiatum Ant. 917. 8: *ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου*
μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς,
ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ξῶσ' εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς.

participium coniunctum in enuntiatum El. 276:

Ἐρινὺν οὔτιν' ἐκφοβουμένη,
ἀλλ' ... χοροὺς ἵστησι καὶ μηλοσφαγεῖ
θεοῖσιν ἔμμην' ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις (280. 1).

Participii coniuncti eximia duo exempla praebent Phil. 952 sqq.: *οὐκ ἔχων τροφήν·*
ἀλλ' αὐανοῦμαι τῶιδ' ἐν αὐλίωι μόνος,
οὐ πτηνὸν ὄρνιν οὐδὲ θῆρ' ὀρειβάτην
τόξοις ἐναίρων τοισίδ', ἀλλ' αὐτὸς τάλας
θανὼν παρέξω δαῖθ' ὑφ' ὧν ἐφερβόμην.

E canticis affert Evaldus Bruhn Phil. 211 sqq.:

οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων, ἀλλ' ἥ που
πταίων ὑπ' ἀνάγκας βοᾶι τηλωπὸν ἰωὰν
ἢ κτλ.

Iniuria et Guil. Fries et Evaldus Bruhn ducunt in numero horum anacoluthorum Trach. 674 sqq. Nam hic (676) non seiungenda sunt *διάβορον πρὸς οὐδενὸς τῶν ἔνδον* verba ab *ἠφάνισται* verbo, ita ut ad illa sola verba referendum sit enuntiatum id quod *ἀλλά* particula inductum sequitur: *ἀλλ' ἐδεστὸν ἐξ αὐτοῦ φθίνει.* Respondentibus *ἠφάνισται διάβορον* atque *ἐδεστὸν φθίνει* verbis finitis principalia duo enuntiata coniuncta sunt ea *ἀλλά* particula.

Eadem atque Sophocles ratione opponit participium atque enuntiatum Rhesi poeta 436 sqq.:

οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασιν κοιμώμενος,
ἀλλ' οἷα πόντου Θρήικιον φυσήματα
κρυσταλλόπηκτα Μαίνας τ' ἐπεξάρει,
ξὺν τοῖσδ' ἄυπνος οἶδα τλὰς πορπάμασιν.

Participium ab Aeschylo ita usurpatum nullum inveni, adiectivum Prom. 670:

ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.

Ag. 1611. 2: *οὔτι μὴ σειράφορον*
κριθῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότωι
λιμὸς ξύνοικος μαλθακὸν σφ' ἐπόψεται.

Quamquam ab Euripidis usu loquendi non est alienum hac ratione coniungere participium atque enuntiatum, tamen tres modo exstant loci. Hos autem alius atque Sophocles esse ἤθους nemo non sentit. Heracl. 479:

οὐ ταχθεῖσα πρεσβεύειν γένους.
ἀλλ' ... τῶνδε κἀμαυτῆς πέρι | θέλω πυθέσθαι.

Alterum Euripidis tragoediarum exemplum, quo ad participium ita pertinet enuntiatum, est Or. 1558:

κενὴν ἀκούσας βάξιν, ἣν φόβωι σφαλεὶς
ἤγγειλέ μοί τις. ἀλλὰ τοῦ μητροκτόνου
τεχνάσματ' ἐστὶ ταῦτα καὶ πολὺς γέλως.

tertium fr. 342, 1 sqq. Nauck:

καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μῶρον οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων·
ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως ...

Haec sunt quae tragicorum huius rei afferri possint exempla. Sed etiam oratores hac anacoluthia haud raro maiorem aliquam vim attribuerunt iis quae affirmari volunt quam iis quae negant, secuti rationem logicam, legem grammaticam neglegentes. Quod attinet ad Lysiam, de hac anacoluthia egit F. A. Muellerus, observationum de elocutione Lysiae I, diss. Hall. 1877 p. 27. Sed hic unum tantum exemplum affert, et id quidem falso, ut infra demonstrabo. Sed transibo ad exempla ipsa enumeranda. Lysias hac ratione inter ea rettulit participium atque enuntiatum principale tribus his locis: 2, 8, ubi genetivo absoluto atque participio coniuncto respondet enuntiatum: *οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης, οὐδὲ τοῖς ξῶσιν Ἀργείων χαριζόμενοι, ἀλλὰ ... ἀξιοῦντες ... πρὸς τοὺς ἑτέρους ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν*, 13, 18: *οὐ συνειδότα ἐκείνοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν· οὐ γὰρ δήπου ... ἀλλ' ἐδόκει αὐτοῖς οὗτος ἐπιτήδειος εἶναι μηνυτής.* 18, 6: *οὔτε γένει οὔτε οὐσίαι οὐθ' ἡλικίαι δοκῶν ἀνάξιος εἶναι τῆς πολιτείας μετασχεῖν, ἀλλὰ τοιαῦτα ἐνομίζετο τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶι κτλ.* Ter Isocrates hac anacoluthia usus est: 4, 24: *οὐχ ἑτέρους ἐκβαλόντες οὐδ' ἐρήμην καταλαβόντες οὐδ' ἐκ πολλῶν ἐθνῶν μιγάδες συλλεγέντες, ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥστ' ...* 5, 14: *οὐ πρὸς χάριν ἐκλεξάμενος, καίτοι ... ἀλλ' οὐκ ... ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἑώρων* —. Hoc loco interposita sunt inter participium et enuntiatum, quae sibi respondent, alia duo enuntiata, quorum prius per *καίτοι* particulam relatum est ad enuntiati praegressi participium coniunctum, posterius per *ἀλλὰ* particulam oppositum est priori. Dativus instrumenti atque duo participia coniuncta, quibus dicit orator, quibus rebus non facta sit verbi actio, transgrediuntur in enuntiatum 15, 108. 9: *οὐ δαπάναις μεγάλαις, οὐδὲ τοὺς ὑπάρχοντας συμμάχους λυμηνάμενος, οὐδὲ πολλὰς ὑμᾶς εἰσφορὰς ἀναγκάσας εἰσενεγκεῖν, ἀλλ' εἰς μὲν ... Κόρκυραν εἶλε* —. Isaei unum inveni locum, 2, 14: *οὐκ ἐν διαθήκαις, ὦ ἄνδρες, γράψας μέλλων ἀποθνήισκειν, ὥσπερ ..., οὐδ' ἀσθενῶν· ἀλλ' ὑγιαίνων, εὖ φρονῶν, εὖ νοῶν ποιησάμενος εἰσάγει με εἰς τοὺς φράτερας ..., καὶ εἰς τοὺς δημότας με ἐγγράφει ...* Nullum huius rei exemplum praebere videtur Demosthenes, qui talia atque similia magis ceteris videtur vitasse. Unum inveni locum in Demosthenicis, qui cum his conferretur, [Dem.] 44, 34. 5: *οὐκ ἐπιλογισάμενος οὔθ' ὅτι ... οὔθ' ὅτι ... ἀλλὰ γὰρ οἶμαι ἁπλοῦν τι διελογίσατο δεῖν αὐτὸν* —. In orationibus Aeschineis tria huius anacoluthi exstant exempla: 1, 42: *οὐδενὸς ὢν τῶν μετρίων ἐνδεής· πολλὴν γὰρ ... ἀλλ' ἔπραξε ταῦτα δουλεύων ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς,* 1, 74: *οὐχ ὁρῶντες τὸν εἰσεληλυθότα ὅστις ἦν, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῆς ἐργασίας τοῦ ἀνθρώπου συνειδότες καὶ τὸ πρᾶγμα γνωρίζετε.* Inepte Frankius *γνωρίζοντες*. 3, 44: *τίθησι νόμον .., οὔτε λύσας ἐκεῖνον· οὐδὲ γὰρ ... οὔτ' ἐναντίον τοῖς πρότερον κειμένοις τιθείς· οὐ γὰρ ἔξεστιν· ἀλλὰ περὶ τῶν ἄνευ ψηφίσματος ὑμετέρου στεφανουμένων ὑπὸ τῶν φυλετῶν καὶ δημοτῶν, καὶ περὶ ... καὶ διαρρήδην ἀπαγορεύει.* Respondent inter se *λύσας* et *τιθείς* participia *οὔτε — οὔτε* particulis disiuncta, quorum utrumque sequitur *γάρ* particula. Huic participio bipertito oppositum est *ἀλλά* particula enuntiatum principale. Conturbatur hic enuntiatorum conexus, qui fit non sine oratoris consilio, probato *τίθησιν* verbo finito pro *τιθείς* participio, quod praebent libri A quodque ni fallor manavit e *τίθησι* verbo finito. Denique addendus est Lyc. c. Leocr. 131: *οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἑστίας ἀμύνεσθαι τολμήσας, ἀλλὰ μόνος οὗτος τῶν πάντων ἀνθρώπων καὶ τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα προδέδωκεν.*

Appendix: Ab iis quae adhuc comparavi huius rei exempla non segregandi sunt loci nonnulli, quibus pariter

aliis atque participiis coniunctis quibusdam enuntiatorum membris, quae aliqua pendent ratione quibusque οὐ negatione initio addita negandi vis est attributa, opponuntur enuntiata principalia ἀλλά particula. Atque primum quidem afferam locos nonnullos, quibus οὐ negatione atque ἀλλά particula inter se respondent enuntiatum quod pendet atque enuntiatum principale. Enuntiatum quod inductum est iisdem οὐχ ὡς voculis atque participia ea quae enumeravi p. 70 sqq. transit in enuntiatum principale Dem. 5, 14. 5: *οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσιν ἡμῖν, οὐδ' ὡς οὐκ ἂν χαρίζοιντο Φιλίππωι, ἀλλ' ἴσασιν ἀκριβῶς* —; enuntiatum interrogativum in imperativum Soph. El. 1296 sqq.:

> *οὕτω δ' ὅπως μήτηρ σε μὴ ἐπιγνώσεται*
> *φαιδρῶι προσώπωι νῶιν ἐπελθόντοιν δόμους,*
> *ἀλλ' ὡς ἐπ' ἄτηι τῆι μάτην λελεγμένηι*
> *στένακ'.*

Quae ad οὕτω adverbium mente cogitanda sint docet Georgius Kaibel ad h. l. Hic locus differt ab eo qui sequitur ea re, quod hic μή negatione, quae coniuncta est cum ὅπως particula, negatur ἐπιγνώσεται verbi actio, altero autem loco οὐ negatione, quae praecedit ἵνα particulam, negatur totum enuntiatum finale hunc in modum: Dem. 6, 32. 3: *οὐχ ἵν' ... ποιήσω, τοῖς δ' ἐμοὶ προσκρούσασιν ... παράσχω ..., οὐδ' ἕν ὡς ἄλλως ἀβολεσχῶ· ἀλλ' οἶομαί ποθ' ὑμᾶς* —[1]). Pariter digrediuntur in enuntiata principalia enuntiata quae ad praegressa relata sunt ὥστε particula consecutiva: Soph. El. 780 sqq.:

> *ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας*
> *ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν· ἀλλ' ὁ προστατῶν*
> *χρόνος διῆγε μ' αἰὲν ὡς θανουμένην,*

Lys. 12, 1: *ὥστε μήτ' ἂν ψευδόμενον δεινότερα τῶν ὑπαρχόντων κατηγορῆσαι, μήτε τἀληθῆ βουλόμενον εἰπεῖν ἅπαντα δύνασθαι, ἀλλ' ἀνάγκη κτλ.*, ubi ἀνάγκην

1) Plane convenit Cic. ep. ad Att. 2, 7, 2: non me hercule ut differrem cum eo vadimonium (nam ...), sed videbatur mihi.

εἶναι coniectura Stephani indigna quae notetur a Theodoro Thalheim. In hoc ipsum *ἀνάγκη* substantivum, ad quod solet *ἐστί* copula mente supplenda esse, membra transeunt nonnullis praeter hunc locis, quos infra afferam. Hoc exemplum praetermittere non debuit F. A. Muellerus p. 27, qui idem falso affert Lys. 16, 5. Nam ex ipsa negationum collocatione apparet hic inter se opposita esse *οὔτε ἡμᾶς εἰκὸς ἦν ... οὔτ' ἐκεῖνοι φαίνονται τοιαύτην γνώμην ἔχοντες ὥστε ...* enuntiata principalia atque hoc enuntiatum *ἀλλὰ μᾶλλον ἠτίμαζον καὶ τοὺς συγκαταλύσαντας τὸν δῆμον.* Isocr. 21, 4: *ὥστε μήτ' ἐκ βασάνων μήτ' ἐκ μαρτύρων οἷόν τ' εἶναι γνῶναι περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἀνάγκη*. 19, 27: *ὥσθ' ἡμᾶς μηδεμίαν ἡμέραν ἀδακρύτους διάγειν, ἀλλὰ θρηνοῦντες διετελοῦμεν*[1]). Et de enuntiatis quidem quae pendent hactenus.

Alia autem membra idem patiuntur hisce locis: Participio coniuncto, quod ut obiectum pendet ex *ἔξοιδα* verbo atque cui *οὐ — οὐδέ* negationibus negandi attribuit vim poeta, opponitur *ἀλλά* particula enuntiatum principale Soph. O. C. 1028 sqq.:

> *ὡς ἔξοιδά σε*
> *οὐ ψιλὸν οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν*
> *ἥκοντα τόλμης τῆς παρεστώσης τὰ νῦν,*
> *ἀλλ' ἔσθ' ὅτωι σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.*

participio quod pendet ex *ὁρᾶις* verbo verbum finitum Soph. Phil. 1130 (F e cantico): *ὁρᾶις, ... τὸν Ἡράκλειον ἄθλιον ὧδέ σοι οὐκέτι χρησόμενον ..., ἀλλ' ... ἐρέσσει* —. accusativo cum infinitivo pendenti e *διωμόσω* verbo indicativus Soph. Ai. 1232 sqq. (H):

> *κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν*
> *ἡμᾶς Ἀχαιῶν οὔτε σοῦ διωμόσω·*
> *ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων, ὡς σὺ φῄς, Αἴας ἔπλει.*

Participium quod coniunctum est cum *φαίνομαι* verbo

1) Comparare mihi liceat Herod. 5, 84: *οὐ δίκαιον εἶναι ἀποφέρειν ἔτι, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας πρήσσεσθαι ἐκέλευον.*

transit in enuntiatum Lys. 4, 6: *οὐδ' αὐτὸς αἰτιώμενος τοιοῦτόν τι (ἐγχειρίδιον) ἔχοντας ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἀλλ' ὀστράκωι φησὶ πληγῆναι.* Adverbio, quod ad verbi actionem relatum est *καὶ ταῦτα μέντοι* voculis atque cui addita legitur *μηδέν* negatio, oppositum est per *ἀλλά* particulam verbum finitum Aesch. Prom. 948 sq. (H):

καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν αἰνικτηρίως,
ἀλλ' αὖθ' ἕκαστα φράζε.

ἕκατι praepositio, cui praemittunt genetivum, casum ita transgreditur in enuntiatum I. A. 959 sqq.:

οὐ τῶν γάμων ἕκατι· μυρίαι[1]) κόραι . . .
ἀλλ' ὕβριν ἐς ἡμᾶς ὕβρισ' Ἀγαμέμνων ἄναξ.

ὑπό praepositio, quam coniungunt cum genitivo, Eur. Bacch. 1127. 8: *οὐχ ὑπὸ σθένους,*
ἀλλ' ὁ θεὸς εὐμάρειαν ἐπεδίδου χεροῖν.

[Aesch.] ep. 9, 1: *οὐχ ὑπ' ἀργίας, ἀλλὰ μηκυνεῖν ἔδοξεν ἡ περὶ τὸ ἆσθμα νόσος·* dativus instrumenti Soph. Phil. 50 sqq.:

δεῖ σ' . . .
γενναῖον εἶναι, μὴ μόνον τῶι σώματι,
ἀλλ' ἤν τι καινὸν ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας
κλύηις, ὑπουργεῖν.

Dem. exord. NE 1: *οὐ σπάνει τῶν τοῦτο βουλομένων ποιεῖν (πάντα γὰρ . . .* multis interiectis verbis) *ἀλλ' ὅραμα τοῦτ' ἐποιεῖθ' ὁ δῆμος αὐτοῦ καλὸν ὦ ἀ.'Α. καὶ λυσιτελὲς τῆι πόλει.* Appositio qua explicatur enuntiati obiectum transit in enuntiatum Soph. fr. 152 Dind. hunc in modum:

ἐγῶιδ' ὃ φεύγεις, οὔ τι μὴ κλύειν κακῶς·
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν·

23. De *δέ* particula, qua opponuntur graviora.

a. De *οὐ [μέν]* — *δέ* particulis.

Vidimus iis locis, quibus *οὐ* negatione atque *ἀλλὰ* particula sese excipiunt enuntiatorum membra et quae se-

1) De *γάρ* omisso cf. quae disputavi p. 35 sqq.

quuntur enuntiata principalia, id spectare poetas atque scriptores, ut praevalerent ea quae affirmantur iis quae negantur. Idem atque his locis consilium est agnoscendum atque eadem ratio intercedit inter enuntiata singula locis nonnullis, quibus *μέν — δέ* particulis inter se referuntur membra, quibus aliqua negatur res, et universa enuntiata. Ita sibi respondent adiectivum atque enuntiatum Soph. Ant. 255:

τυμβήρης μὲν οὔ,
λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὡς, ἐπῆν κόνις.

Deest *μέν* particula O. C. 577 sq.:

οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν, τὰ δὲ
κέρδη παρ' αὐτοῦ κρείσσον' ἡ μορφὴ καλή sc. *ἐστί.*

Reliquis locis non desideramus *μέν* particulam: Eur. Med. 1085 sqq. (K):

ἀλλὰ γὰρ ἔστιν μοῦσα καὶ ἡμῖν,
ἣ προσομιλεῖ σοφίας ἕνεκεν·
πάσαισι μὲν οὔ· παῦρον δὲ δὴ
γένος ἐν πολλοῖς εὕροις ἂν ἴσως.

Eur. Suppl. 874: *τῶι βίωι μὲν ἐνδεής,*
πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχ' ἐν Ἀργείαι πόλει.

Pariter inter se sunt relata participium coniunctum atque enuntiatum his duobus oratorum locis: [Lys.] 2, 13. 4: *ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἰδίαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν πεπονθότες, ἐκείνους τ' οὐκ εἰδότες ὁποῖοί τινες ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι· δίκαιον δὲ νομιζόντες εἶναι . . . τοιοῦτον κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῶν ἤραντο.* Iniuria Thalheimius „malim *ἔχοντες γνώμην*". Dem. 57, 11: *μάρτυρα μὲν ὧν κατηγόρησεν οὐδένα παρασχόμενος οὔτε τῶν δημοτῶν οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν, παρεκελεύετο δὲ τοῖς δημόταις ἀποψηφίζεσθαι.*

Cum his locis cognati esse mihi videntur alii nonnulli, quibus enuntiati alicuius membro quodam dicitur, quid fieri simulatum sit, at enuntiato principali, *δέ* particula pertinente nonnisi ad membrum illud, opponuntur ea quae facta sunt re vera.

Ad participium coniunctum quod inductum est ὡς δή particulis ita rettulit enuntiatum Eur. Hel. 1378:

ὡς τῶι θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν,
προύργου δ' εἰς ἀλκὴν σῶμ' ὅπλοις ἠσκήσατο
ὡς βαρβάρων τρόπαια μυρίων δορὸς
στήσων

appositionem inductam πρόφασιν μὲν ὡς δή voculis Bacch. 224:

πρόφασιν μὲν ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους,
τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου.

Soph. O. R. 452 respondent inter se λόγωι et εἶτα δέ voculis appositio spectans ad subiectum atque totum enuntiatum:

ξένος λόγωι μέτοικος· εἶτα δ' ἐγγενὴς
φανήσεται Θηβαῖος οὐδ' ἡσθήσεται
τῆι ξυμφορᾶι

Soph. El. 62 sqq. (F) λόγωι atque εἶτα voculis participium quod pendet ex εἶδον verbo et verbum finitum:

ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
λόγωι μάτην θνήσκοντας· εἶθ, ὅταν δόμους
ἔλθωσιν αὖθις, ἐκτετίμηνται πλέον.

Isocr. 12, 83 λόγωι μέν — ἔργωι δέ vocabulis participium quod coniunctum est cum φαίνεσθαι verbo et enuntiatum principale: (φανήσεται) ἀλλὰ λόγωι μὲν πρὸς μίαν πόλιν πολεμήσας, ἔργωι δ' οὐ μόνον πρὸς ἅπαντας τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τῶν βαρβάρων κινδυνεύων οὐκ ἀπεῖπεν οὐδ' ἀπῆλθε, πρὶν —.

c. De [μέν] — νῦν δέ particulis.

Hanc eandem rem, ut ea quae altera quadam re praevalent ratione logica, emineant etiam constructione enuntiatorum, spectant poetae iis praeterea locis, quibus ea quae nunc sunt opponuntur iis quae olim fuerunt, ita ut enuntiatum aliquod principale, νῦν δέ voculis inductum, referatur ad enuntiati superioris membra quaedam. μέν particula addita legitur participio coniuncto Eur. Med.

10 sqq. (K):

κατώικει τήνδε γῆν Κορινθίαν
ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἀνδάνουσα μὲν
φυγῆι πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα,
αὐτή τε πάντα ξυμφέρουσ' Ἰάσονι·
ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῆι.
νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα.

Reliquis locis omissa est eadem μέν particula: Eur. Ion. 1612:

δυσμενῆ πάροιθεν ὄντα· νῦν δὲ καὶ ῥόπτρων χέρας
ἡδέως ἐκκρημνάμεσθα καὶ προσεννέπω πύλας.

Hoc loco opponuntur toto enuntiato iucunda quae adsunt rebus adversis, quae antea fuisse Creusa dicit participio. Reliquis locis eodem modo opponuntur mala praesentia bonis praeteritis ut Med. 10 sqq. Pariter atque Ion. 1612 respondent inter se πάροιθε atque νῦν δέ vocabula etiam Heracl. 861 sqq., nisi quod hic appositio obiecti transit in enuntiatum:

τὸν ὄλβιον πάροιθε· τῆι δὲ νῦν τύχηι
βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν . . .

Participium coniunctum, cui est additum ποτὲ pronomen indefinitum, atque enuntiatum principale ita inter se sunt relata Troad. 1213:

τῶν σῶν ποτ' ὄντων· νῦν δέ σ' ἡ θεοστυγὴς
ἀφείλεθ' Ἑλένη, πρὸς δὲ καὶ . . .

Andr. 77. 8 opponuntur iisdem νῦν δέ voculis ea quae adsunt non quidem iis quae fuerunt, sed iis quae, si essent, rem mutarent, quae vero non sunt, et ita quidem ut genetivus absolutus transeat in enuntiatum principale:

κείνου παρόντος· νῦν δ' ἔρημος εἶ φίλων.

Eadem ratione inter se cohaerent participium coniunctum atque liberum enuntiatum Soph. El. 365:

οὐδ' ἂν σὺ σώφρων γ' οὖσα· νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς
πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι, καλοῦ
τῆς μητρός.

Ea quae continet hoc enuntiatum quam maxime esse contraria illi σωφροσύνηι apparet. cf. quae adnotat Georgius Kaibel: „aus der Irrealität der Voraussetzung (ἐπεὶ οὐκ εἶ σώφρων) ergiebt sich der Satz, der in kräftigerer Form den Anfangsgedanken der Rede wiederholt (341) νῦν δ' ἐξὸν . . . Denique hic non praetermittendum esse arbitror Soph. El. 809 sqq. Hic enim ad alterum tantum membrum genetivi alicuius bipertiti quod est κἀμοῦ ταλαίνης i. e. Electrae spectat quod sequitur enuntiatum principale membro priore (810) prorsus neglecto:

κἀμοῦ ταλαίνης· νῦν δὲ ποῦ με χρὴ μολεῖν;
μόνη γὰρ —,

ubi lectu dignissima sunt quae egregie adnotat Georgius Kaibel: „Orest sollte als Rächer des Vaters kommen: daran fügt sich als etwas nachträgliches (am Versanfang) κἀμοῦ ταλαίνης, und hieraus erwächst der neue Gedanke ‚νῦν δὲ ποῦ με χρὴ μολεῖν;' meiner beiden κύριοι, des Vaters wie des Bruders beraubt". Huius loci simillimus est Soph. El. 1377 sqq., nisi quod hoc loco νῦν δέ particulis aliquid additur, non opponitur:

ἐμοῦ τε πρὸς τούτοισιν, ἥ σε πολλὰ δὴ
ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προύστην χερί·
νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω
αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι

Haec enuntiatorum conectendorum ratio propria esse videtur cum dictionis poeticae, tum sermonis Euripideï. Apud oratores quidem unus tantum, nisi admodum fallor, exstat locus, quo ποτὲ μέν — νῦν δέ voculis inter se relata legimus participium atque enuntiatum. Sed de hoc loco nullo modo dubitari potest: [Aesch.] ep. 2, 3: φανεὶς ποτὲ μὲν οὐδενὸς ἥττων, νῦν δὲ οὐδεμίαν ὑπὲρ αὐτοῦ φωνὴν ἐκπέμπειν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν λοιδορούμενος δύναμαι.

c. de εἰ δὲ μή similibusque particulis.

Denique simile aliquid agunt me iudice poetae tragici nonnullis locis, quibus εἰ δὲ μή voculis referunt ad participium coniunctum enuntiati superioris totum quod sequitur enuntiatum. Id enim spectant his locis poetae, ut arte grammatica invita eo magis graviora levioribus praevaleant: Eur. Suppl. 347. 8:

λόγοισι πείθων· εἰ δὲ μή, βίαι δορὸς
ἤδη τόδ' ἔσται κοὐχὶ σὺν φθόνωι θεῶν.

Hec. 347. 8:

θανεῖν τε χρήιζουσ'· εἰ δὲ μὴ βουλήσομαι,
κακὴ φανοῦμαι καὶ φιλόψυχος γυνή.

ὅταν δὲ μή voculis pariter coniunguntur participium atque indicativus I. A. 958 sqq.:

τυχών, ὅταν δὲ μὴ τύχηι, διοίχεται;

Genetivus absolutus atque enuntiatum principale sese excipiunt non plane eodem modo, sed eadem ratione Med. 490. 1:

παίδων γεγώτων· εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι,
συγγνώστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους.

Soph. Ai. 455. 6 μέν particula addita ad genetivum absolutum clarius elucet haec ratio quae intercedit inter hunc genetivum absolutum atque quod insequitur enuntiatum principale:

ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος· εἰ δέ τις θεῶν
βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα

μέν particula omissa est Soph. O. R. 347 sqq., ubi participium, quod spectat ad praegressa ὅσον pronomine, atque enuntiatum principale pariter inter se relata legimus:

ὅσον
μὴ χερσὶ καίνων· εἰ δ' ἐτύγχανες βλέπων,
καὶ τοὐργόν ἂν σοῦ τοῦτ' ἔφην εἶναι μόνου.

μέν non desideratur Eur. fr. 611 Nauck:

ἐν τοῖσι μὲν δεινοῖσιν ὡς φίλοι φίλων·
ὅταν δὲ πράξωσ' εὖ, διωθοῦνται χάριν.

Oratorum dicendi praecepta nullo modo admittere videntur talem verborum constructionem; nimirum nullum inveni quem conferam cum his tragicorum locis.

24. De [μέν] — δέ particula, qua paria aut opponuntur aut adduntur.

Iis quae adhuc huius rei contuli exemplis constructio sententiarum incepta relinquitur, membrum aliquod quod pendet transgreditur in enuntiatum principale non sine certo poetarum atque scriptorum consilio, scilicet ea de causa, ut ea quae arte grammatica invita dicuntur enuntiato principali excellant praeter ea, ad quae spectant, etiam enuntiatorum constructione, quoniam sensu haec superantur ab illis. Sed etiam mera δέ particula, qua sensu paria aut opponuntur aut adduntur, rettulerunt et tragici et oratores ad participia aliaque enuntiatorum membra universa enuntiata. Quod fit ita, ut aut addatur μέν particula membris illis aut omittatur eadem. Qua anacoluthia si omnino quid spectant scriptores, hoc consilium non tam facile perspicitur atque illis locis quos adhuc tractavi.

a. De δέ adversativo.

δέ particula adversativa relata sunt inter se participium coniunctum atque enuntiatum hisce locis: Eur. fr. 816, 34 Nauck.: Φοίνιξ πεφυκώς, ἐκ δ' ἀμείβεται γένος Ἑλληνικόν. Soph. Phil. 279 sqq.:

ὁρῶντα μὲν ναῦς, ἃς ἔχων ἐναυστόλουν,
πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδένʼ ἔντοπον
οὐχ . . . πάντα δὲ σκοπῶν
εὕρισκον οὐδὲν πλὴν —.

[Dem.] 48, 50: προφάσεις λέγων καὶ ἐγκλήματα ἐγκαλῶν, τὰς δὲ συνθήκας ἃς φησί με παραβεβηκέναι, οὐκ ὠιήθη —. μέν particulam participio additam legimus Aesch. Sept. 741 sqq., quem locum Hermannus ad Vigerum affert e cantico:

κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει,
τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει
τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύ-
μναν πολέως καχλάζει.

Comparare liceat haec duo exempla Herodotea, 5, 37: τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεε, τοὺς μὲν ἐξελαύνων τῶν τυράννων, τοὺς δ' ἔλαβε τυράννους . . ., τούτους δὲ . . . ἐξεδίδου[1])- 5, 110: διέτασσον οἱ βασιλέες τῶν Κυπρίων, τοὺς μὲν ἄλλους Κυπρίους καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἀντιτάσσοντες, Σαλαμινίων δὲ καὶ Σολίων ἀπολέξαντες τὸ ἄριστον ἀντέτασσον Πέρσῃσι. Quoniam scriptor posteriori membro maiorem quam priori attribui voluit vim, repetivit praeceptis artis grammaticae non obtemperans ἀντιτάσσοντες participium atque simul mutavit in verbum finitum. Parum scite delevit Herwerdenus ἀντιτάσσοντες participium.

Non solum participia coniuncta, sed etiam alia membra transformantur in enuntiata ita, ut μέν — δέ particulis haec imparia sibi respondeant. Haud paucis locis infinitivi ita transeunt in indicativos. Non raro hoc modo inter se referuntur duae apodoseis, quarum protaseis inducuntur εἰ, ἐάν (ἄν) particulis condicionalibus. Complurибus locis haec anacoluthia ita est formata ut verbi eius ex quo pendet infinitivus repetitum simile aliquod verbum esset verbum finitum, in quod transit invinitivus ille.

Duo tragicorum praesto sunt exempla: Eur. Heracl. 494 sqq.:

κἀμοὶ λέγει μὲν οὐ σαφῶς, λέγει δέ πως,
εἰ μή τι . . .
ἡμᾶς μὲν ἄλλην γαίαν εὑρίσκειν τινά,
αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεται χθόνα.

1) cf. quae adnotat Steinius ad 2, 39, 9.

Soph. Ai. 804 sqq.:

καὶ σπεύσαθ', οἳ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
οἳ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἳ δ' ἀντηλίους
ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.

Aliquot locis oratores hoc modo construxerunt enuntiatorum periodum: Isocr. 15, 106: *ἀξιῶ γάρ, εἰ μὲν . .*, *μετέχειν καὶ δίκην διδόναι καὶ πάσχειν ὅμοια τοῖς ἀδικοῦσιν· ἢν δ' ἐπιδειχθῇ . .*, *ἐκεῖνον μὲν οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ἐπαινεῖν καὶ —*. Isocr. ep. 6, 6: *ἡγοῦμαι δὲ συμβουλεύειν μὲν ἀκμὴν ἔχειν, αἱ γὰρ . . . εἰπεῖν δὲ περὶ τῶν προτεθέντων ἐπιχαρίτως καὶ μουσικῶς καὶ διαπεπονημένως οὐκέτι τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἐστίν, ἀλλ' ἀγαπώιην ἄν, εἰ . . .* ep. 9, 1: *εἱλόμην τοῦτον μὲν τὸν λόγον, ἐπειδὴ λιάν ῥᾴδιος ἦν, ἐκείνοις παραλιπεῖν, αὐτὸς δέ σε διανοοῦμαι παρακαλεῖν ἐπὶ —*. Infinitivus transit in imperativum Dem. 22, 40: (*ἐγὼ δ' οἶμαι*) *κἂν μὲν φῇι καλῶς, μηκέτι τὸν νοῦν ὡς ἐπιεικεῖ προσέχειν, ἂν δὲ κακῶς, τί δὴ ταῦτ' εἴα . . .*, *πάλιν αὐτὸν ἐρωτᾶτε*. Infinitivus perfecti in indicativum futuri [Dem.] 47,70: *χείρων τε δόξεις πολλοῖς εἶναι, κἂν μὲν ἀποφύγηι σ', ἐπιωρκηκέναι, ἐὰν δὲ ἅλῃς, φθονήσει*. Enuntiatum quod pendet ὅτι particula transgreditur in liberum enuntiatum Lys. 12, 15: *ἐνθυμουμένωι ὅτι, ἐὰν μὲν λάθω, σωθήσομαι, ἐὰν δὲ ληφθῶ, ἡγούμην μέν*. Enuntiatum quod pendet εἰ particula in enuntiatum interrogativum Isaei 2, 42. 3: *νυνὶ δὲ δεινὸν τὸ πρᾶγμα καὶ αἰσχρὸν εἶναι τῆιδε νομίζω, εἰ ἡνίκα μὲν . . ., τότε μὲν ἔδωκα ἐμαυτὸν . . . ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἐτελεύτησεν, εἰ προδώσω καὶ ἐξερημώσας αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀπιὼν οἰχήσομαι, πῶς οὐκ ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα εἶναι καὶ καταγέλαστον δοκοίη*;

Anacoluthon utrum exsistat necne non liquet iis locis, quibus in enuntiatum principale transire videtur enuntiatum aliquod quod pendet *ὥστε* particula consecutiva, quae coniungitur non quidem cum infinitivo, sed cum indicativo. Nam quamquam nonnullis horum locorum membrum posterius videtur per se stare, tamen si rationem grammaticam tantum respicimus, nil obstat, quominus al-

terius quoque membri verbum finitum pendeat ex *ὥστε* particula non minus quam prioris membri. Cuius generis est e. gr. Lys. 32, 20, qui locus enuntiatorum huius anaculuthiae exemplum laudatus est a F. A. Muellero[1]): *καὶ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἀναισχυντίας, ὥστε οὐκ ἔχων . . ., εἰς ὄψον μὲν δυοῖν παιδίοιν καὶ ἀδελφῆι πέντε ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἐλογίζετο, εἰς ὑποδήματα δὲ καὶ εἰς γναφεῖον* [ἱμάτια] *καὶ εἰς κούρεως κατὰ μῆνα οὐκ ἦν αὐτῶι οὐδὲ κατ' ἐνιαυτὸν γεγραμμένα*. Videtur altero membro constructionem pendentem reliquisse orator, ego quoque ita sentio, sed non video, cur minus quam *ἐλογίζετο* verbum *οὐκ ἦν γεγραμμένα* verbum pendeat ex *ὥστε* particula.

Participium coniunctum, quod cum verbo suo quasi unam facit notionem, transire in enuntiatum Isocr. 12, 5 apparet ex collocatione *μέν* particulae, quae apposita legitur ad hoc ipsum participium neque autem ad verbum: *οὐδένα διαλέλοιπα χρόνον ὑπὸ μὲν τῶν σοφιστῶν τῶν ἀδοκίμων καὶ πονηρῶν διαβαλλόμενος, ὑπ' ἄλλων δέ τινων οὐχ οἷός εἰμι γιγνωσκόμενος, ἀλλὰ*..

Denique hanc eandem anacoluthiam qua sibi respondent *μέν* atque *δέ* particulis membrum enuntiati alicuius et totum quod sequitur enuntiatum principale, evadere videmus locis nonnullis, quibus subiectum aut obiectum enuntiati dividitur in membra duo, quae sibi opponuntur ita, ut alterum formetur appositione pertinente ad subiectum aut obiectum enuntiati, alterum vero transfiguretur in universum enuntiatum principale. Participium cum articulo ita transit in enuntiatum Eur. Med. 1315. 6:

ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν,
τοὺς μὲν θανόντας, τὴν δὲ τείσομαι φόνωι.

Haec non intellexit scholiasta, qui inepte explicat hos versus: *„λείπει ὁ καὶ, καὶ τὸ ἴδω ἀπὸ κοινοῦ· καὶ τήνδε τίσομαι, φησίν. διπλοῦν δὲ κακὸν ἢ τὸν θάνατόν φησι τῶν δύο*

1) observationum de elocutione Lysiae I (de anacoluthis), diss. Hall. 1877, p. 27.

τέκνων ἢ ⟨καὶ⟩ τὴν Μήδειαν. Immo διπλοῦν κακὸν sunt liberi mortui et ea res quod mater atque uxor suos ipsius atque mariti interfecit liberos. Praeclare hos versus reddidit Wilamowitzius ita vertens: „ich muß das zwiefach schaudervolle Bild erblicken, hier die Leichen, dort — ich muß mit meinem Racheschwerte sie durchbohren". Non debuit consilium poetae turbare Weilius coniciendo τίσουσαν φόνον. Appositio ad obiectum spectans eodem modo mutatur in verbum finitum Aeschyli Sept. 796 sqq.:

τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
πόλιν μὲν εὖ πράσσουσαν, οἱ δ' ἐπιστάται,
δισσὼ στρατηγώ, διέλαχον . . .

Aesch. Ag. 1397 sqq.:

ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην·
ὃ μὲν γὰρ οὕτως, ἢ δέ τοι κύκνου δίκην
τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον
κεῖται φιλήτωρ τοῦδ'

infinitivus Lys. 12, 38: οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ τοῦτο αὐτῶι προσήκει ποιῆσαι, ὅπερ . . ., πρὸς μὲν τὰ κατηγορημένα μηδὲν ἀπολογεῖσθαι, περὶ δὲ σφῶν αὐτῶν ἕτερα λέγοντες ἐνίοτε ἐξαπατῶσιν· appositio ad subiectum pertinens enuntiati Aesch. 3, 36, qui locus hac enuntiatorum constructione prope accedit ad Aesch. Sept. 796 sqq.: καὶ λέξουσιν, ὡς εἰσὶ τῆι πόλει δύο νόμοι κείμενοι περὶ τῶν κηρυγμάτων, εἷς μέν, ὃν . . ., διαρρήδην ἀπαγορεύων . . ., ἕτερον δ' εἶναι νόμον φήσουσιν ἐναντίον τούτωι, τὸν. Quamquam paulo aliter se habent, tamen huc afferendi sunt Eur. Her. 578 sqq. (K). I. A. 568 sqq. (K). Soph. O. R. 15 sqq. (F).

b. De δέ copulativo.

Ab iis locis, de quibus ultimo loco egi, non dirimendi sunt alii nonnulli, quibus pariter membra transgrediuntur in enuntiata principalia, sed quibus membrum posterius δέ particula non opponitur priori ut natura contrarium, sed

quibus per eandem δέ particulam nova adduntur, quoniam nova sunt contraria iis quae iam sunt. Ut brevius loquar, his de quibus nunc mihi disputandum est locis imparia inter se sunt relata μέν atque δέ copulativo. Ita respondent inter se πρῶτον μέν atque δεύτερον δέ particulis infinitivus atque indicativus Aesch. 3, 91: τρία δ' ἦν ἃ ἅμα ἐξεωνεῖτο, πρῶτον μὲν μὴ διασφαλῆναι τῆς πρὸς ὑμᾶς συμμαχίας· οὐδὲν γὰρ . . . (multis interpositis verbis). δεύτερον δ' ἦκον οἱ μισθοὶ —. πρῶτα μέν — ἔπειτα voculis Eur. fr. 362, 5 sqq. Nauck.:

λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν·
ἥι πρῶτα μὲν . . . (intercedentibus septem versibus integris)
14. ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἔκατι τίκτομεν.

Ceteris locis trium membrorum ultimum per se stat prioribus duobus pendentibus: Isocr. ep. 6, 2 μάλιστα μέν — ἔπειτα — πρὸς δὲ τούτοις voculis sibi respondent infinitivus cum articulo, enuntiatum quod pendet ὅτι particula causativa, enuntiatum principale hunc in modum: ἀλλὰ γὰρ ἐμποδίζει με πολλά, μάλιστα μὲν τὸ μὴ δύνασθαι . . ., ἔπειθ' ὅτι πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν δικαίως ἄν μου καταφρονήσειαν, εἰ . . . πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι καὶ τὴν πόλιν. Isocr. 10, 1 per οἱ μὲν — οἱ δὲ — ἄλλοι δέ duo participia coniuncta verbumque finitum: καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες . . . οἱ δὲ διεξιόντες ὡς . . . ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἕριδας διατρίβουσι . . .

Sed hoc loco neque subiectum neque obiectum dispertitur in membra tria, quorum ultimum per se collocatur prioribus pendentibus, sed duobus participiis coniunctis respondet enuntiatum principale δέ copulativo. Nam etiam hoc δέ hic illic huiusmodi anacoluthias existere videmus. Hanc rem facile cognoscimus ibi, ubi πρῶτον μέν, μάλιστα μέν — ἔπειτα particulae membrum enuntiati alicuius atque universum enuntiatum coniungentes sibi respondent. Quo modo relata sunt inter se πρῶτον μὲν —

καί particulis participium coniunctum atque verbum finitum Soph. O. C. 1284 sqq. (F):

ἀλλ' ἐξερῶ· καλῶς γὰρ ἐξηγεῖ σύ μοι·
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος
ἀρωγόν, ἔνθεν . . .
καὶ ταῦτ' ὑφ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι
καὶ ταῖνδ' ἀδελφαῖν καὶ πατρὸς κυρεῖν ἐμοί

μάλιστα μὲν — ἔπειτα μέντοι particulis dativus instrumenti et participium Soph. Phil. 350 sqq.:

μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόνος ἱμέρωι,
ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον· οὐ γὰρ εἰδόμην·
ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προσῆν

enuntiatum quod pendet *ἡνίκα* particula temporali atque enuntiatum principale *πρῶτον μέν — ἔπειτά γε* particulis Eur. Cycl. 3 sqq.:

πρῶτον μέν, ἡνίκ' ἐμμανὴς Ἥρα ὕπο
Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ὤιχου τροφούς·
ἔπειτα γ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορὸς
ἐνδέξιος σῶι ποδὶ παρασπιστὴς γεγὼς
Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θενὼν δορὶ
ἔκτεινα

participium coniunctum cui nulla est addita particula atque enuntiatum, quod incipit ab *ἔπειτα δὲ καί* particulis Lys. 3, 40: *ἡγούμενος δεινὸν εἶναι, εἰ ἄρα . . . ἔπειτα δὲ καὶ οὐδεμίαν ἡγούμην πρόνοιαν εἶναι τραύματος ὅστις μὴ . . .* quo loco plane eiusdem sunt stirpis *ἡγούμενος* participium atque *ἡγούμην* verbum finitum in quod mutatum est illud participium. Quibus cum locis cf. Dem. 1, 12.

Haec sunt ea exempla, quibus *πρῶτον* et *ἔπειτα* voculae manifesto demonstrant *μέν* et *δέ* particulis imparia haec inter se non opponi, sed enumerationem fieri ita ut primum membrum pendeat, ea autem quae sequantur per se stent. Sed etiam solis *μέν* atque *δέ* particulis in enumerationibus ita coniunguntur imparia.

Atque primum quidem ibi ubi aliquis aliquid describens

plura dat cognoscendi signa, nonnumquam primum affert participio coniuncto aut alio quodam enuntiati membro, alterum vero enuntiato principali, *δέ* particula inducto. Quibus in locis *μέν* plerumque omittitur.

Atque primum quidem dilucida nonnulla huius anacoluthiae exempla praebet Sophocles. Etsi corrupti atque nondum sanati sunt versus anapaestici Ant. 526 sqq., verum tamen cognoscere possumus hic *δέ* particula copulativa *μέν* omisso inter se coniuncta esse participium coniunctum enuntiatumque principale:

καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη
φιλάδελφα κάτω δάκρυ λειβομένη·
νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν
ῥέθος αἰσχύνει.

Idem fit in trimetris Trach. 11 sqq.:

φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἴολος
δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείωι κύτει
βούπρωιρος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ.

Clara simpliciaque duo exempla exstant in Oedipode Coloneo, 16:

χῶρος δ' ὅδ' ἱερός, ὡς ἀπεικάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.

311 sqq.: *γυναῖχ' ὁρῶ*
στείχουσαν ἡμῶν ἆσσον Αἰτναίας ἐπὶ
πώλου βεβῶσαν· κρατὶ δ' ἡλιοστερεῖ[1])
κυνῆ πρόσωπα Θετταλίς νιν ἀμπέχει.

Ea quae ex *σύν* praepositione atque dandi casu sunt composita aequo sunt usurpata modo ab eodem Sophocle O. C. 1258: *ἐσθῆτι σὺν τοιᾶιδε, τῆς ὁ δυσφιλὴς*
γέρων γέροντι συγκατώικηκεν πίνος
πλευρὰν μαραίνων· κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ
κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ἄισσεται.

1) *ἡλιοστερής* Laurentianus: *ἡλιοστερεῖ* scripsi; ea adiectiva, quae composita sunt ex substantivo aliquo et — *στερε* — patiendi habent vim.

Quocum loco magna quadam similitate congruit Soph. El. 190 sqq. (quem locum affert Friesius e cantico), nisi quod hic dativo est addita *μέν* particula:

οἰκονομῶ θαλάμους πατρός, ὧδε μὲν
ἀεικεῖ σὺν στολᾶι, κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι
τραπέξαις.

Cum his Sophoclis locis apte collocantur Rhes. 616 sqq., ubi *δέ* copulativo inter se referuntur adiectivum pertinens ad subiectum et enuntiatum:

πέλας δὲ πῶλοι Θρηικίων ἐξ ἁρμάτων
λευκαὶ δέδενται, διαπρεπεῖς ἐν εὐφρόνηι·
στίλβουσι δ' ὥστε ποταμίου κύκνου πτερόν.

Magna arte augentur ea quibus significatur equarum harum praeclarus color albus: *λευκαί* adiectivum ex uno constans vocabulo sequitur adiectivum compositum e tribus vocibus: *διαπρεπεῖς ἐν εὐφρόνηι*, tertio denique loco additur totum enuntiatum. Participio coniuncto, quo causa affertur actionis verbi finiti, respondet per *δέ* particulam copulativam enuntiatum principale Soph. O. C. 941 sqq.:

γιγνώσκων δ' ὅτι
οὐδείς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι
ξῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίαι.
ἥιδη δ' ὀθούνεκ' ἄνδρα

cf. O. C. 712 sqq. (F e cantico). Etiam participium coniunctum, quod *μέν* particula est inductum, transit in verbum finitum; certe apud Sophoclem. Huius anacoluthiae tria exempla affert Guil. Fries, quorum duo deprompta sunt e partibus lyricis (O. R. 1195 sqq. Trach. 835 sqq.). E trimetris est O. C. 348 sqq.:

γερονταγωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν
ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη,
πολλοῖσι δ' ὄμβροις ἡλίου τε καύμασι
μοχθοῦσα τλήμων δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς
οἴκοι διαίτης.

Praeterea laudat idem Friesius Ant. 1161 sqq. et Trach. 262 sqq. Sed Ant. 1164 spurius habetur. Trach. 262 sqq. autem sibi respondent *ἐπερρόθησε* et *ἔρριψεν* verba finita. Soph. Ai. 1291 sqq. (F) denique duobus participiis coniunctis, quae pendent ex *οἶσθα* verbo atque quae sunt inducta *μέν* — *δέ* particulis, tertio loco respondet per alteram *δέ* particulam verbum finitum:

οὐκ οἶσθα, σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προύφυ πατήρ,
ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;
Ἀτρέα δ', ὃς αὖ σ' ἔσπειρε, δυσσεβέστατον
προθέντ' ἀδελφῶι δεῖπνον οἰκείων τέκνων;
αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ἧι —

Aeschylus quoque hanc eandem efficiens anacoluthiam coniungit enuntiata. Multa praesto sunt exempla. Participium transit in enuntiatum Prom. 359:

σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόβον·
ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας.

Eum. 643 sqq.:

ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις;
ποία δὲ χέρνιψ φρατέρων προσδέξεται;

Haec sunt tragicorum exempla ea, quibus participium coniunctum et enuntiatum principale *δέ* copulativo sunt coniuncta. Aliorum membrorum quae eandem patiuntur rem nonnulla exempla praebent Septem fabulae versus ii, quibus describuntur Septem illi atque eorum adversarii. Obiectum transit in enuntiatum 416:

ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον·
φλέγει δὲ

appositio quae pertinet ad obiectum 372:

ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε·
φλέγονθ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον·
λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσωι σάκει . . . πρέπει

522 sqq.:

τὸ γὰρ πόλεως ὄνειδος ἐν χαλκηλάτωι
σάκει . . . Σφίγγ' ὠμόσιτον . . . ἐνώμα
λαμπρὸν ἔκκρουστον δέμας,
φέρει δ' ὑφ' αὑτῆι φῶτα Καδμείων ἕνα.

Choeph. 270 sqq.:

εἶπε τάσδε νῶιν νόσους,
σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις,
λειχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν·
λευκὰς δὲ κόρσας τῆιδ' ἐπαντέλλειν νόσωι.

Scite adnotat haec Wilamowitzius: „Weil dieser bezeichnende Zug dem sinnlichen Bilde des Aussatzes beigefügt werden sollte, hängt der Satz mit *δέ* nach und wird die *νόσος* nochmals genannt". Ante omnia huc afferendus est Soph. Phil. 604. 5, quo loco *μέν* particula addita ad subiecti appositionem luculentius quam reliquis locis apparet *μέν — δέ* particulis tamquam paria coniuncta esse eandem eam appositionem et totum quod sequitur enuntiatum:

μάντις ἦν τις εὐγενής,
Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο
Ἕλενος, ὃν οὗτος —.

Quod idem fit Eur. Andr. 938 sqq. (K):

τί γάρ μ' ἐχρῆν
πόσιν φυλάσσειν, ἧι παρῆν ὅσων ἔδει;
πολὺς μὲν ὅλβος· δωμάτων δ' ἠνάσσομεν·
παῖδας δ' ἐγὼ μὲν γνησίους ἔτικτον ἄν,
ἥ δ' —

Praeter hoc Euripidis unum tantum habeo exemplum quod cum his conferam. Cycl. 390 respondent eodem *δέ* copulativo inter se genetivus qualitatis atque enuntiatum:

σκύφος τε κισσοῦ παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν
πήχεων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο.

Haec quae a poetis tragicis e epicis carminibus sumpta esse videntur rara inveniuntur apud oratores. Dem. 19, 45 participium coniunctum et enuntiatum inter se sunt relata: *τοσοῦτο μόνον διαμαρτυράμενος (καὶ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν ἀναμιμνήσκεσθε), ὅτι ταῦτ' οὔτ' οἶδ' οὔτε κοινωνῶ, προσέθηκα δ' ὡς . . .* Contulerim Herod. 5, 85: *ἱροτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι· λέγεται δὲ καὶ ὡς . . .* *μέν* particula priori membro addita est Isocr. 10, 1 s. l., ubi trium membrorum ultimum in enuntiatum principale

transfiguravit rhetor: *καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες . . . οἱ δὲ διεξιόντες ὡς . . . ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἕριδας διατρίβουσι . . .* Conferre liceat Herod. 5, 66, ubi *μέν* et *ἀτάρ* particulis inter se relatae duae enumerantur res, altera participio coniuncto, altera libero enuntiato: *καὶ Ἰσαγόρης Τεισάνδρου, οἰκίης μὲν ἐὼν δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι.* Qua re commotus sit scriptor, ut faceret hanc anacoluthiam, intellegimus cum comparamus 5, 92, locum ceteroqui simillimum: *Ἡετίων ὁ Ἐχεκράτεος, δήμου μὲν ἐκ Πέτρης ἐών, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινείδης.* Restant duo oratorum loci quibus alius generis membrorum trium ultimum respondere cum enuntiato patiuntur, Antiph. 5, 82 *τοῦτο δέ* voculis participium, quod obiectum est *ἐπίστασθαι* verbi: *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἐπίστασθαι ὅτι πολλοὶ ἤδη ἄνθρωποι . . . συναπώλεσαν· τοῦτο δὲ ἤδη ἑτέρους ἀπολομένους μὲν οὔ, κινδυνεύσαντας δὲ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους διὰ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους· τοῦτο δὲ ἱεροῖς παραστάντες πολλοὶ δὴ καταφανεῖς ἐγένοντο —.* Isocr. ep. 1, 2. 3 *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις* voculis enuntiata duo, quae pendent *ὅτι* particula causativa: *οὐ μόνον ὅτι . . . οὐδ' ὅτι . . . . ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐν μὲν ταῖς συνουσίαις ἦν . . ., παρὼν ὁ τὸν λόγον διεξιὼν ἀμφοτέροις τούτοις ἐπήμυνεν, ἐν δὲ τοῖς —.*

Etiam *οὐδέ* particula enuntiatum principale conectitur cum participio coniuncto, certe apud tragicos: Aesch. Ag. 587 sqq.:

σημαντήριον
οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου·
οὐδ' οἶδα —.

Hoc quod *σφραγῖδα τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα εὐνῆς* non violarit Agamemnonis uxor, imprimis curat affirmandum, nimirum quoniam abhorret a veritate. Simul prima nunc loquitur persona de se Clytemnestra, quae adhuc se ipsa appellavit Agamemnonis uxorem. Simili ratione coniunxit Euripides *οὐδέ* particula enuntiatum cum participio Or. 1235 sqq. in alternis versibus ita quidem ut ea quae altera persona dixit participio coniuncto altera compleat enuntiato prin-

cipali:

Ὀρ. σοί, πάτερ, ἀρήγων. Ἠλ. οὐδ' ἐγὼ προύδωκά σε.

Hic locus est idoneus quo comprobetur coniectura Musgraviana Eur. El. 580. Hic enim pro *οὐδέποτ' ἐδόξασα* sive *οὐδέποτ' ἐδόξασ'* Laurentianorum recte ita secrevit litteras: *οὐδέποτε δόξασ'*. Quo facto haec evadit enuntiatorum constructio:

Ἠλ. οὐδέποτε δόξασ'· Ὀρ. οὐδ' ἐγὼ γάρ ἤλπισα.

Duo adiectiva, quibus aliquid negatur praefixo *α* quod vocatur privativum, transgrediuntur in enuntiatum principale Eur. Alc. 170 sqq. (K):

πάντας δὲ βωμούς, οἳ κατ' Ἀδμήτου δόμους,
προσῆλθε κἀξέστεψε — καὶ προσηύξατο —
πτόρθων ἀποσχίζουσα μυρσίνης φόβην,
ἄκλαυτος ἀστένακτος, οὐδὲ τοὐπιὸν
κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν.

25. De πότερον (πότερα) — ἤ, [ἤ] — ἤ, τε — τε particulis.

Raro *πότερον (πότερα) — ἤ, [ἤ] — ἤ, τε — τε* particulis referuntur inter se imparia, membrum aliquod atque universum enuntiatum. Nam ea quae his diiunguntur particulis ratione logica non sunt imparia. Aesch. Ag. 604. 5:

πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου
ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἤρπασε στρατοῦ;

Choeph. 82 sqq.:

πότερα λέγουσα παρὰ φίλης φίλοι φέρειν
γυναικὸς ἀνδρί, τῆς ἐμῆς μητρὸς πάρα; . . .
86. *ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς . . .*
ἢ σῖγ' ἀτίμως . . . ἐκχέουσα . . . στείχω; (91)

Hoc loco intercedunt inter *λέγουσα* participium et *φάσκω* verbum finitum duo enuntiata, quibus sibi ipsa respondet Electra quaeque efficiunt hanc anacoluthiam.

ἤ — ἤ particulis respondent inter se infinitivus et enuntiatum liberum Choeph. 189 sqq.:

ἀλλ' εὖ σάφ' ἦν ἢ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον,
εἴπερ γ' . . .
ἢ ξυγγενὴς ὢν εἶχε —.

Choeph. 852 sqq. (H):

νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι
πειραὶ κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
οἴκων ὄλεθρον διὰ παντός,
ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίαι
δαίων ἀρχάς τε πολισσονόμνυς
πατέρων θ' ἕξει μέγαν ὄλβον.

Paulo aliter se habet Soph. fr. 754 Dind. apud Dionysium Halicarnaseum de comp. verbb. c. 9 s. 50 Usener.:

μύω τε καὶ δέδορκα κἀξανίσταμαι,
πλέον φυλάσσων αὐτὸς ἢ φυλάσσομαι.

Exspectavit participium Dionysius. Nam hanc dat poetae verborum *παράφρασιν*: *πλεῖον φυλάσσων αὐτὸς ἑτέρους ἢ φυλασσόμενος ὑφ' ἑτέρων.* Et legimus participium coniunctum, quod hic postulat rhetor, alio quodam loco, Euripidis fragmento 712 Nauck.: *εἶτα δὴ θυμούμεθα*
παθόντες οὐδὲν μεῖζον ἢ δεδρακότες;

Sed etiam indicativus hac eadem *ἤ* particula legibus artis grammaticae observatis subiungitur. Nam verba Euripidea ita reddit Aristophanes in Thesmophoriazusis (518. 9) coactus scilicet transitu in genus femininum:

κἄτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα
οὐδὲν παθοῦσαι μεῖζον ἢ δεδράκαμεν;

Eur. fr. 712 differt a Sophoclis et Aristophanis locis ea re quod hic participium coniunctum prius versus facit exordium. Atqui petunt paria initium atque finem versus occupare. Ergo nescio an non hac de causa legamus hoc loco participium coniunctum *ἤ* particula relatum ad praegressa, reliquis vero duobus locis indicativum hac eadem *ἤ* particula subiunctum. Haec autem enuntiatorum constructio magis illa altera obtemperare videtur legibus grammaticis.

Neque apud oratores Atticos multos invenies locos, ubi iis particulis, quibus aut diiunguntur aut coniunguntur ea quae ratione logica valent idem, imparia sibi

respondent. Nam haud ita crebro oratores *πότερον — ἤ* sive *ἤ — ἤ* particulis, nusquam autem *τε — τε* particulis rettulerunt ad membrum enuntiati alicuius totum quod sequitur enuntiatum.

Participium atque indicativus sibi respondent *πότερον — ἤ* particulis Lys. 9, 1: *πότερον ἀγνοοῦντες ὅτι ...*, *ἢ τόδε μὲν ἐπίστανται, ἡγούμενοι δὲ λήσειν περὶ* [*τοῦ*] *παντὸς πλείω λόγον ἢ τοῦ προσήκοντος ποιοῦνται*; Participium transit in enuntiatum *ἤ* particula diiunctum Aesch. 2, 86: *πόθεν τοιαύτην ῥώμην λαβών*; *ἢ πῶς ἂν τὸ πρᾶγμα ἐσιγήθη*; *ἤ — ἤ* particulis inter se relata legimus infinitivum atque enuntiatum Dem. 20, 136. 7: *ἢ μὴ πεποιηκότ' ἐφ' οἷς εὗρετ' ἔχειν, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν ἐγκαλοῦσίν τινι.*

Restat ut eos poetarum tragicorum adiungam locos, quibus *τε — τε*, *τε — καί* particulis inter se coniuncta leguntur membrum aliquod atque universum enuntiatum.

Obiectum enuntiati in duas dividitur partes, quarum prior pendet, posterior enuntiatum principale formans per se stat atque quarum altera cum altera conexa legitur *τε — καί* particulis, Eur. Alc. 1057 sqq. (K):

διπλῆν φοβοῦμαι μέμψιν, ἔκ τε δημοτῶν
μή τίς μ' ἐλέγξῃ τὴν ἐμὴν εὐεργέτιν
προδόντ' ἐν ἄλλης δεμνίοις πίτνειν νέας,
καὶ τῆς θανούσης· ἀξία δέ μοι σέβειν·
πολλὴν πρόνοιαν δεῖ μ' ἔχειν.

Praepositio cum casu atque indicativus sibi respondet *τε — τε* particulis Andr. 203. 4 (K):

φιλοῦσι γάρ μ' Ἕλληνες Ἕκτορός τ' ἄπο;
αὐτή τ' ἀμαυρὰ κοὐ τύραννος ἦ Φρυγῶν;

adiectivum atque indicativus iisdem *τε — τε* particulis Hec. 239 sqq.:

οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυσχλαινίαι τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

infinitivus qui pendet per *ὥστε* particulam consecutivam atque optativus, qui idem valet atque is, e quo pendet ille

infinitivus, Hec. 854 sqq. (K):

εἴ πως φανείη γ' ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς,
στρατῶι τε μὴ δόξαιμι Κασάνδρας χάριν
Θρήικης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.

Quattuor hi loci exstant apud Euripidem. Apud Aeschylum nullum invenitur exemplum, apud Sophoclem hoc unum, Ant. 810 sqq. (F e cantico): *ἀλλά μ' ὁ πάγκοινος Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιος πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.* Nam Ant. 1068 sqq., quem locum huius anacoluthiae exemplum laudat Guil. Fries p. 28, tale quid non est agnoscendum; nam *ἔχεις βαλών* in unam coaluerunt notionem; praeterea mihi quidem scribendum videtur cum libris recentioribus et Bothio *κατοικίσας* participium.

IV. de particulis ad participia pertinentibus ratione Ionica.

Haec omnia sunt idonea, quibus melius dignoscamus eos qui nunc sequentur locos, qui una quidem re conveniunt cum illis, ceteroquin plane aliter se habent. Consentiunt hi loci cum praegressis ea quidem re, quod ad membrum tantum quoddam enuntiati superioris spectat universum quod sequitur enuntiatum principale, aut unum aut complura, sed differunt hi ab illis loci ea re, quod illis membrum aliquod, quod quadam certa pendet ratione, et plerumque quidem participium coniunctum, transgreditur in enuntiatum principale, ita ut hoc facto neglectis legibus grammaticis imparia sibi respondeant, at his quidem locis quasi evocantur his participiis coniunctis ea quae sequuntur.

26. de poetis tragicis.

Sine dubio Euripides haud raro participio coniuncto, quod in fine collocatum est enuntiati alicuis, novum aliquid addit ad priora, quod deinde accuratius explicat eo

quod sequitur enuntiato principali, aut uno aut compluribus. Apparet autem hoc enuntiatum, quod coniungitur cum praegressis *δέ* particula aut copulativa aut adversativa, pertinere nonnisi ad enuntiati praecedentis illud participium coniunctum, quod finem facit enuntiati. Sed exempla melius verbis meis illustrabunt rem. Alc. 760:

ἄμουσ' ὑλακτῶν· δισσὰ δ' ἦν μέλη κλύειν·
ὃ μὲν γὰρ ἦιδε, τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν
οὐδὲν προτιμῶν, οἰκέται δ' ἐκλαίομεν
δέσποιναν·

Hec. 575:

κορμοὺς φέροντες πευκίνους· ὁ δ' οὐ φέρων
πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ' ἤκουεν κακά·
ἔστηκας, ὦ κάκιστε, τῇ νεανίδι
οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;

Vere libri *οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον*. Quae substantiva quam proprie legantur ibi ubi de mortuis sepeliendis dicit poeta, haec satis certe demonstrant exempla: I. T. 632: *πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφωι*. Similiter Hel. 1061. 2: *δοῦναι κελεύων πορθμίδ', ἧι καθήσομαι κόσμον τάφωι σῶι πελαγίας ἐς ἀγκάλας*. cf. Hel. 1414: *οὔκουν ὅδ' ἄρξει ναὸς ὃς κοσμεῖ τάφον*. Soph. Ant. 395. 6: *ἣ καθηιρέθη τάφον κοσμοῦσα*. Soph. El. 1400. 1: *ἣ μὲν ἐς τάφον λέβητα κοσμεῖ*. Hel. 1279: *ἐλθὼν δ' ἐς οἴκους ἐξελῶ κόσμον νεκρῶι*. Soph. Ant. 901 sqq.: *ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ ἔλουσα κἀκόσμησα*. Soph. El. 1138. 9 *κοὔτ' ἐν φίλαισι χερσὶν ἡ τάλαιν' ἐγὼ λουτροῖς σ' ἐκόσμησα*. Hel. 1243: *κενοῖσι θάπτειν ἐν πέπλων ὑφάσμασιν*. Rhes. 959. 60: *καὶ νῦν ἕτοιμος τῶιδε καὶ τεῦξαι τάφον καὶ ξυμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν*. Denique apte conferuntur E. Her. 702. 3: *χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς ἐξ ὅτου πέπλοις κοσμεῖσθε σῶμα καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν* atque Her. 329 et 333: *Με. κόσμον πάρες μοι παισὶ προσθεῖναι νεκρῶν — Λυ. κοσμεῖσθ' ἔσω μολόντες· οὐ φθονῶ πέπλων*. Eo de quo agimus loco accedit ut *πέπλον* et *κόσμον* verbis pergat enumerare Talthybius ea quae comportent Argivi

ad rogum illum faciendum quorumque primum attulit illos *κορμούς*. Ergo ut totum hoc enuntiatum nascitur ex iis quae commemorata sunt illo participio, ita etiam ad illos *κορμούς* adduntur haec duo nova. Repudianda sunt igitur quae coniecit Bergkius: *πέταλον οὐδὲ κορμόν*.

Sed redeat unde aberravit oratio. Eodem modo quasi cientur sequentia iis quae commemorata sunt prioris enuntiati participio coniuncto hisce locis I. T. 112:

πάσας προσφέροντε μηχανάς·
ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν
δέμας καθεῖναι.

Phoen. 74. 5:

ἐνιαυτὸν ἀλλάσσοντ'· ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς
καθέζετ' ἀρχῆς, οὐ μεθίσταται θρόνων.

Praeclare hanc rem illustrant I. A. 812 sqq.:

Μαλέαι προσίσχων πρῶραν· ἐκ δὲ κυμάτων
ὁ ναυτίλοισι μάντις ἐξήγγειλέ μοι
Νηρέως προφήτης Γλαῦκος, ἀψευδὴς θεός,
ὅς μοι τόδ' εἶπεν ἐμφανῶς κατασταθείς·

et Or. 360 sqq.:

Μυρμιδόνας ἴσχων· οἳ δ' ἀεὶ προσκείμενοι
λέγουσ'· Ἀχιλλεῦ, τί μένομεν; ποῖον χρόνον
ἔτ' ἐκμετρῆσαι χρὴ πρὸς Ἰλίου στόλον;

Ex aoristi quoque participiis ita pendent sequentia: Her. 865:

τέκν' ἀποκτείνασα πρῶτον· ὃ δὲ κανὸν οὐκ εἴσεται
παῖδας οὓς ἔτικτεν ἐναρών, πρίν ἂν ἐμὰς λύσσας ἀφῆι·

Similiter aoristi participio usus est poeta Or. 1596:

Ὀρ. ὡς μή γ' ἔχηις σύ, τήιδ' ἐπισφάξας χερί.
Με. κτεῖν'· ὡς κτανών γε τῶνδέ μοι δώσεις δίκην.

Sed suas habent leges versus alterni. Phoen. 1221. 2:

λέξαντες Ἀργείοισι Καδμείοισί τε
εἰς κοινὸν οἷον μήποτ' ὤφελον λόγον.
Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς
πύργου, κελεύσας σῖγα κηρῦξαι στρατῶι.

Participii aoristi exemplum, quod excellit praeter cetera,

praebet I. A. 71 sqq.:

ἔκδημον λαβὼν
Μενέλαον· ὃ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας μόρωι
ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,
ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις.
τοὐντεῦθεν οὖν

Hipp. 382:

οἳ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
ἄλλην τιν'· εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου

Hoc enuntiato enumerat Phaedra voluptates nonnullas. Ultimo loco addit *τε* particula pudicitiam (385): *αἰδώς τε*, quae verba versus initium faciunt et simul enuntiati finem atque a voluptatibus ante nominatis separata sunt interiecta *τερπνὸν κακόν* appositione, quae pertinet ad *σχολὴ* vocabulum; non sine consilio. Nam enuntiato eo, quod sequitur, *δέ* particula adiuncto, explicatur duos esse pudicitiae genera, alterum non malum, alterum vero *ἄχθος οἴκων*. Ergo ad *αἰδώς τε* verba sola referendum est hoc enuntiatum prosus neglectis verbis iis, quibus respondet hoc vocabulum adnexum *τε* particula. Quo facto similis aliqua fit res atque ea, de qua toto hoc ago capite. Cum his locis comparandus est Or. 1632, ubi ad tale aoristi temporis participium spectant ea quae sequuntur non aliter quidem atque locis enumeratis, sed nulla adnexa particula:

σεσωισμένη τε κοὐ θανοῦσα πρὸς σέθεν·
ἐγώ νιν ἐξέσωισα κτλ.

Adverbium aequo atque haec participia modo usurpavit poeta J. T. 1343:

σιγῆι· τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος.

Multo rarius Euripide Sophocles Aeschylusque ea quae participio coniuncto enuntiati alicuius breviter commemoraverunt multis verbis exsequuntur, ita ut haec addant enuntiato principali, aut uno aut compluribus, quod *δέ* particula cohaerens cum praegressis spectat ad illud solum participium coniunctum. Qua re plane convenit cum

usu Euripideo Sophocles uno hoc loco, Trach. 786 sqq.:

ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος,
βοῶν ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,
Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκραι.

Ad magnam alicuius vocem resonantem sonitumque paulatim crescentem describenda eadem *δέ* particula ad participium coniunctum adnectit sequentia Hesiodus Scut. 379 sqq.:

ὣς οἳ ἐπ' ἀλλήλοισι πέσον μέγα κεκλήγοντες·
πᾶσα δὲ Μυρμιδόνων τε πόλις κλειτή τ' Ἰαωλκὸς
Ἄρνη τ' ἠδ' Ἑλίκη Ἀνθειά τε ποιήεσσα
φωνῆι ὕπ' ἀμφοτέρων μεγάλ' ἴαχον· οἳ δ' ἀλαλητῶι
θεσπεσίωι σύνισαν· μέγα δ' ἔκτυπε μητιέτα Ζεύς.

Similes quidem esse videntur atque idonei qui cum hoc exemplo una collocentur hi qui nunc sequentur loci. Ex enuntiato relativo pendent *δέ* particula sequentia O. R. 1178 sq.:

κατοικτίσας, ὦ δέσποθ', ὡς ἄλλην χθόνα
δοκῶν ἀποίσειν, αὐτὸς ἔνθεν ἦν· ὁ δὲ
κάκ' εἰς μέγιστ' ἔσωσεν. εἰ γὰρ

ex adiectivis O. R. 1228 sqq.:

ὅσα | κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ, κακὰ
ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα· τῶν δὲ πημονῶν
μάλιστα λυποῦσ' αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι

qua sententia finiuntur ut lumine orationis exangeli verba. E praepositione atque casu El. 271 sqq.:

ξὺν τῆι ταλαίνηι μητρί, μητέρ' εἰ χρεὼν
ταύτην προσαυδᾶν τῶιδε συγκοιμωμένην·
ἣ δ' ὧδε τλήμων ὥστε τῶι μιάστορι
ξύνεστ', Ἐρινὺν οὖτιν' ἐκφοβουμένη.

ξὺν τῆι ταλαίνηι μητρί verbis recordata matris filia iis quae sequuntur, *δέ* particula adnexis, de nemine iam nisi de illa verba facit. Haec primus explicavit Georgius Kaibel iis quae eleganter ut solet adnotavit ad hos versus. E participio coniuncto O. C. 795:

πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῶι λέγειν
κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.

Aeschyli Suppl. 964:

ὥραν ἔχουσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς·
τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς,
θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί, τί μήν;

Ag. 790:

πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν·
ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων
ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.

Denique cum his locis conferre mihi liceat Soph. Trach. 443 sqq., ubi altera tantum pars genitivi bipertiti, quae cum priore coniuncta est *καί* particula, respicitur iis quae sequuntur adnexa *δέ* particula:

οὗτος (sc. *Ἔρως*) *γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει,*
κἀμοῦ γε· πῶς δ' οὐ χἀτέρας οἵας γ' ἐμοῦ;
ὥστ' ...

Praeter haec quae adhuc attuli nulla exstare videntur exempla Sophoclea atque Aeschylea, quae cum multis illis Euripidis possint comparari. Propter similitudinem quandam haec cum Euripideis cognata esse videntur. Sed ni fallor vix invenias apud Sophoclem atque Aeschylum uno Trachiniarum fabulae loco excepto talia qualia praebet Euripides imprimis Or. 362:

Μαλέαι προσίσχων πρῶραν· ἐκ δὲ κυμάτων ...

I. A. 814: *Μυρμιδόνας ἴσχων· οἳ δ' ἀεὶ προσκείμενοι*

I. A. 76. 7: *ἔκδημον λαβὼν*
Μενέλαον· ὃ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας μόρωι

Quibus locis haec participia videntur addita esse ea sola de causa, ut haberet aliquid poeta, ad quod adnecteret ea quae dicturus esset, et qua re haec coniungeret cum iis quae antea dixisset.

27. de Herodoto atque oratoribus Atticis.

Adhuc comparavi cum tragicorum locis non sine consilio aut eiusdem aut similis usus exempla oratorum Atticorum. Uno excepto quodam genere, de quo infra dicam, vix invenias apud oratores eosdem ullum locum, quo

enuntiatorum conexum fecerint ita, ut e participio tantum coniuncto enuntiati alicuius penderent sequentia. Sed neque haec enuntiatorum coniungendorum ratio nusquam invenitur nisi apud Euripidem aut omnino apud poetas. Immo, Herodotus huius rei praebet exempla tam multa atque tam dilucida, ut huius scriptoris generi narrandi et sermoni Ionico haec res addicenda esse mihi videatur. Cuius rei unus liber quintus ne ad finem quidem perlectus iam satis multa praebet exempla.

Atque primum quidem aoristi participia coniuncta, quibus narrantur quae facta sint ante actionem verbi finiti, usurpavit scriptor, ut ad ea adnecteret ea, quae quasi *ἐν παρέργωι* additurus esset. Cum his autem participiis coniunxit sequentia plerumque *γὰρ* particula ea, qua accuratius explicantur ante commemorata. Cuius rei haec satis habeo afferre exempla: 5, 1: *περιεφθέντας πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τρηχέως· οἱ γὰρ ὧν*, ad quem locum adnotat de re recte iudicans haec Henricus Stein: „ähnlich wird auch 1, 67, 2. 5, 55, 2. 6, 40, 3. 107, 3 der Übergang zu einer episodischen Geschichte gewonnen". 6, 40, 3 equidem tale quid dignoscere non possum. Cum 5, 1 autem aptius conferuntur haec exempla, quae imprimis adnotare debuit Steinius: 5, 39: *οὐ κατ' ἀνδραγαθίην σχών, ἀλλὰ κατὰ γένος· Ἀναξανδρίδηι γὰρ.* 5, 51: *ἀποπέμψαντα τὸ παιδίον· προσεστήκεε γὰρ δή.* Poetarum tragicorum nullum habeo locum, quem cum his conferam. Sed oratores Attici hac eadem enuntiatorum conectendorum ratione usi sunt haud paucis locis, et id quidem ad certam quandam rem. Adiungunt enim ita ea quae aliis rebus praemittere volunt. Ter Isocrates hoc modo adnexuit ea quae sequuntur ad *ἀρξάμενος* aoristi participium: 8, 104: *ἀρξάμενος ἀφ' ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων. αὗται γὰρ αἱ πόλεις.* 12, 5: *διαλέξομαι δὲ ... οὐκ ἀπὸ τούτων ἀρξάμενος ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων· ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι.* 15, 231. 2: *ἀρξάμενος ἀπὸ Σόλωνος· ἐκεῖνός τε γὰρ.* Similiter coniunxerunt enuntiata his locis: Dem. exord. KA 4: ... *δι-*

δάξω, δεηθεὶς ὑμῶν μὴ θορυβῆσαι μηδ' ἀναβάλλειν νομίσαι με καὶ χρόνον ἐμποιεῖν· οὐ γὰρ. cf. exord. N 1. Dem. 20,11: καὶ τοῦτο πειράσομαι δεῖξαι διὰ βραχέων, ἔν τι τῶν πρότερον πεπραγμένων τῇ πόλει διεξελθών· λέγονται χρήμαθ' ... γάρ omisso. Isocr. 12, 199. 200: ἐρῶ, μικρὰ πάνυ προδιαλεχθείς· ἐπηνώρθουν μὲν γάρ. Isocr. 15, 56: τοὺς δὲ λόγους ἤδη περαίνειν ἐπιχειρήσω, μικρόν τι προειπών, ἵνα ... ὁ μὲν γὰρ λόγος. Dem. exord. Z 2 fin.: πειράσομαι ποιῆσαι, μικρὰ προειπὼν ὑμῖν ὡς ... Non sunt servata quae γάρ particula adnexa subsecuta fuisse veri simile est. Aesch. 3, 41: ἐγὼ διδάξω ὑμᾶς, προειπών, ὧν εἵνεκα ... γιγνομένων γὰρ. Isocr. 16, 24. 5: ἐπιθυμῶ ... διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς, μικρόν ⟨τι⟩ προλαβὼν καὶ τῶν προγόνων ἐπιμνησθείς, ἵν ... ὁ γὰρ πατὴρ. Haec eadem participia, quae quasi tituli sunt eorum quae γάρ particula adnexa ad haec sola spectant participia, etiam praecedunt verba ea quibuscum sunt coniuncta: Isocr. 7, 77. 8: βραχέα διαλεχθεὶς παραχωρήσομαι[1]) ... ἡμεῖς γὰρ. Dem. 20, 154: ἐγὼ δ' ἔτι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβήσομαι· ἔστιν γὰρ. Dem. 25, 60: ἓν τοίνυν εἰπὼν ἔτι τῶν ἰδίων αὐτοῦ πονηρευμάτων τὰ λοιπ' ἐάσω· πρὶν γὰρ. Dem. 25, 98: ἓν δ' εἰπὼν ἔτι παύσασθαι βούλομαι· ἔξιτ' αὐτίκα δὴ μάλ' ἐκ τοῦ δικαστηρίου ... γὰρ omisso ut Dem. 20, 11 s. l. Dem. 31, 1: τοῦτο πρῶτον εἰπών, μετὰ τοῦτο καὶ ... ἐξελέγχειν αὐτὸν πειράσομαι· οὗτος γὰρ ὦ ἄνδρες δικασταὶ. Dem. exord. KB 3: μικρὰ πρὸς τούτοις εἰπών, ἃ ..., ταῦτ' ἤδη συμβουλεύσω. Desunt reliqua. Hyp. p. Euxenippo 40: βραχὺ δέ τι εἰπὼν περὶ ... καταβήσομαι· ὅταν γὰρ. c. Philippum 4: βραχέα δ' ἔτι πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ ἀναλογισάμενος καταβήσομαι· γραφὴ παρανόμων ἐστίν. Hoc quoque loco deest γάρ particula ut bis supra. Interest aliquid inter hos locos et eos quos enumeravi altero huius opusculi capite p. 51 sqq., sunt affines omnino, sed tamen differunt aliquid. Nam si recte

1) παραχωρήσομαι vulgata ante Bekkerum lectio: παραχωρῶ.

rem dignosco his locis addita sunt haec participia, ut ad ea adnecterentur sequentia γάρ particula, illis autem argumenta afferuntur earum rerum, quae dicta leguntur enuntiati alicuius participio coniuncto iis quae sequuntur enuntiatis, quae γὰρ particula conexa sunt cum praegressis.

Herodoti exempla ea, quae non apte attulit Henricus Stein ad Herod. 5, 1 illustrandum, omnia ita se habent, ut pronomine demonstrativo, quod participiis illis est additum, fiat conexus cum iis quae sequuntur particularum auxilio non coniuncta cum praegressis. Etiam hoc in genere uti videtur scriptor plerumque aoristi participiis, quae continent ea quae praecedunt verbi actionem. His adquiesco exemplis: 1, 67: ἐν Λακεδαίμονι ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κατυπέρτεροι τῶι πολέμωι ἐγεγόνεσαν, τρόπωι τοιῶιδε γενόμενοι· ἐπειδὴ αἰεὶ. Ea re, quod quasi repetitur e ἐγεγόνεσαν verbo finito γένομενοι participium nulla alia addita voce nisi τρόπωι τοιῶιδε dativo fit hic locus maxime idoneus quo confirmetur haec participia addita esse ad nullam aliam rem nisi, ut ad ea adnecterentur sequentia. 5, 55: ἐς τὰς Ἀθήνας γενομένας τυράννων ὧδε ἐλευθέρας· ἐπεὶ. 6, 107: τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῶι ὕπνωι τοιήνδε· ἐδόκεε. Huius enuntiatorum conexus nulla praebent exempla tragici, ni quid me fugit, neque facile invenias apud oratores talia quae cum his prorsus congruant. Herodoti atque fortasse scriptorum Ionicorum omnino proprium esse videtur enuntiata ita conectere. Tamen non silentio praetermittendi mihi videntur hi tres Demosthenis loci, quibus simile quid accidere videtur. Adnectit enim orator hoc eodem modo tribus locis ad participium enuntiati alicuius coniunctum ea quae sequuntur eodem consilio, quo et hic idem et alii oratores γάρ particula sequentia adnexuerunt compluribus locis ad superiorum enuntiatorum participia coniuncta, id quod demonstravi proxime antea (p. 105 sq.). Hoc autem faciunt eo consilio, ut hac via adiungant quae sunt aliis praemittenda. Ii autem Demosthenis loci, quibus pronomine demonstra-

tivo hic fit conexus, sunt hi: 4,13.4: *καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν δεηθεὶς ὑμῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοσοῦτον· ἐπειδὰν.* 18,124: *ἤδη δ' ἐπὶ ταῦτα πορεύσομαι τοσοῦτον αὐτὸν ἐρωτήσας· πότερον σέ τις Αἰσχίνη —.* exord. K 3: *ταῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι, τοσοῦτον ἀξιώσας μόνον· ἂν ἄρα του.* Verum de aoristi quidem participiis hactenus.

Neque vero aoristi tantum participiis fit transitus ad sequentia, sed eadem ratione usus est Herodotus praesentis temporis participiis coniunctis, quibus indicatur eorum qui agunt habitus, mos similiaque. Ad haec participia *δέ* particula adnectere solere viditur scriptor sequentia. Cuius rei haec sufficiant exempla: 5,47: (*Φίλιππος ὁ Βουτακίδεω*) *ἐὼν τε Ὀλυμπιονίκης καὶ κάλλιστος Ἑλλήνων τῶν κατ' ἑωυτόν· διὰ δὲ τὸ ἑωυτοῦ κάλλος ...* Cui loco simillimus est 5,75: (*Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος*) *καὶ οὐκ ἐὼν διάφορος ἐν τῶι πρόσθεν χρόνωι Κλεομένεϊ· ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης ...* 5,67: *οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον καὶ δὴ ..., τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμῶντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον· Κλεισθένης δὲ χοροὺς μέν τῶι Διονύσωι ἀπέδωκε.* Hoc quoque loco apparet ut 1,67 s. l. scriptoris consilium ex ea re, quod ex eadem stirpe derivata sunt participium atque verbum finitum. 9,73: *Σωράνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐὼν δήμου Δεκελεῆθεν, Δεκελέων δὲ τῶν ποτὲ ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι· ὡς γὰρ δὴ.* Conferenda sunt ea quae dixit de hoc loco Wilamowitzius „Aristoteles und Athen" 2 p. 172 adn. 6: „den demos lieferte die offizielle Angabe, und an ihn knüpft er die Geschichte von den Dekeleern". Ad aoristi participium, quo certiores fimus de iis rebus, quae praecedunt verbi actionem, eadem *δέ* particula spectant sequentia e. gr. 5,77: *ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ.* Quod attinet ad poetas tragicos, exemplis p. 99 sqq. allatis demonstravi hos quoque hac ratione *δέ* particula e participiis coniunctis et praesentis temporis et aoristi pendenda curare ea quae sequuntur. Imprimis autem Euripides sententias hoc modo copulare solet non ita paucis locis, multo

rarius Aeschylus atque Sophocles neque conveniunt hi quidem excepto uno Trachiniarum fabulae loco laudato p. 103 cum Herodoto hac re usque adeo atque Euripides, cuius exempla ab Herodoteis non discedunt neque hilum. Neque autem celandum esse puto, quod etiam oratores quamquam rarissime, tamen etiam *δέ* particula similiter ad participia coniuncta enuntiati praegressi adiungunt sequentia. Quod fieri non negari potest his duobus locis Demosthenicis: 19,235.6: *τὸ ποτ' οὐ διορίζων· ἔστι δὲ ταῦτα πρὸ τοῦ τὴν πόλιν ἠδικῆσθαί τι καὶ ...* 16,14.5: *ἕν τι καὶ ταὐτὸ βουλομένη ἀεὶ πράττειν· ἔστι δὲ τοῦτο τί;*

Conclusio.

Is qui via atque ratione progredi vult et de tali aliqua re qualis est ea quam tractavi hoc in opusculo recte iudicare, incipiat necesse est locos perscrutari atque singulorum poetarum scriptorumque usum anquirere inde a linguae primordiis, quae Graecae linguae nobis servata sunt carmina Homerica. Sed ex huius opusculi dispositione apparuit, ni fallor, hac in quaestione aliam quandam rationem nobis ineundum fuisse. Is enim enuntiatorum conexus, de quo egi quarto huius opusculi capite, cum primum observaretur in trimetris Euripideis et Ionicorum scriptorum sermone, videbatur proprius esse sermonis Euripidis et erat veri simile hunc poetam imitari hac re scriptores Ionicos. Alcestidis fabulae versus a quo profecta est haec quaestio non quadrat ad hanc rem, quia de hoc uno loco falso est iudicatum, non quia res falso erat observata. Primo autem erat necessarium locis collectis e tragicorum trimetris atque ex Herodoti opusculo certius definiri atque determinari hunc enuntiatorum conexum. Non prius autem de hac re equidem iudicaverim quam ceterorum quoque poetarum atque scriptorum opuscula perscrutatus *γένεσιν* huius rei inde a primordiis usque ad fines litterarum Graecarum persecutus sim et intellexerim, utrum hac in re imitati sint Graecos Latini et quo modo

quatenusque rem a Graecis susceptam mutarint an eandem rem ipsi per se formarint.

Haec addere liceat priorem Graecae linguae gradum exstare videri apud Homerum Aeschylumque quam apud Sophoclem Euripidemque. Nam Homerus et multis locis Aeschylus adiectiva usurpant pariter atque participia Sophocles et Euripides.

Conspectus rerum.

pag.

Prooemium: de Eur. Alc. 682 quaestio critica 5
I. de γάρ particula ad membra epicritica pertinente . . 9
1. de participiis epicriticis quae confirmantur argumentis adnexis γάρ particula 9
2. de participiis epicriticis quae varie argumentis confirmantur 14
3. de participiis epicriticis quae argumentis non confirmantur 15
4. de participiis epicriticis quae praecedunt verba finita 17
5. de obiectis atque temporibus participiorum epicriticorum 20
6. de adverbiis epicriticis quae confirmantur argumentis adnexis γάρ particula 27
7. de adverbiis epicriticis quae varie argumentis confirmantur 30
8. de adverbiis epicriticis quae argumentis non confirmantur 31
9. de adverbiis epicriticis καί particula adnexis . . . 32
10. de adverbiis usurpatis ut epicriticis 33
11. de appositionibus quibus iudicatur de praegressis . . 34
12. de universis enuntiatis quibus iudicatur de praegressis 43
13. de vi corroborata atque debilitata iudiciorum de praegressis factorum 47
II. de γάρ particula ad variorum generum participia coniuncta pertinente 51
14. de causae participiis 52
15. de causae atque temporis participiis 54
16. de temporis participiis 56
17. de modi participiis 56
18. de instrumenti participiis 59
19. de concedendi rationis participiis 60
20. de habitus participiis 61

pag.

III. de particulis, quae natura paria copulant, cum membris enuntiatorum universa enuntiata coniungentibus . . . 62
21. de ἀλλ' ὅμως (ὅμως δέ, ἀλλά) particulis 65
22. de [οὐ]- ἀλλά particula 70
23. de δέ particula, qua opponuntur graviora 78
24. de [μέν]- δέ particula, qua paria aut opponuntur aut adduntur 84
25. de πότερον (πότερα) -ῆ [ῆ] -ῆ, τε—τε particulis . . 96
IV. de particulis ad participia pertinentibus ratione Ionica 99
26. de poetis tragicis 104
27. de Herodoto atque oratoribus Atticis 109
Conclusio 109

Vita.

Natus sum, Fridericus Ericus Hugo Mueller, a. d. XV kal. Nov. a. MDCCCLXXXIII Berolini, patre Alberto, matre Bertha de gente Fischer, quos superstites esse summe laetor. Fidem confiteor evangelicam lutherianam. Primis litteris imbutus sum in Guestfaliae oppidulo quodam sito ad Ruhr flumen, cui nomen est Wetter. Ibi frequentavi per tres annos scholam publicam, quae vocatur Volksschule, per unum annum eam quae tum florebat rectore Friderico Lamberti, viro humanissimo. Vere anni MDCCCXCV receptus sum inter discipulos quintae classis regii gymnasii Andreani Hildesiensis, ubi per octo annos eruditus vere anni MCMIII maturus dimissus sum. Primo Friburgiae Brisigavorum operam dedi per unum semestre et linguae Francogallicae Angelicaeque et historiae. Deinde Gottingae totum me dedi per duo semestria studiis et historiae et litterarum rerumque cum Romanarum tum Graecarum. Quae studia me continuasse per sex menses hiemales a. MCMIV. V Berolini, inde autem a vere a. MCMV per novem semestria Gottingae valde laetor.

Docuerunt me viri docti Friburgenses Baist, Fabricius, Levy; Berolinenses Delitzsch, Ed. Meyer, Vahlen, Wilamowitz; Gottingenses Baumann, Brandi, Busolt, Dilthey †, G. Koerte, Lehmann, Leo, G. E. Mueller, Pfuhl, Schwartz, Stein, Viertel, Wackernagel, Wendland. Regii philologorum proseminarii Gottingensis sodales fui per tria semestria, per tria seminarii; historicorum proseminarii per

duo. Ad exercitationes benigne me admiserunt Friburgenes Levy, Wetz; Berolinenses Reich, Thomas; Gottingenses Busolt, Wackernagel.

Omnibus his viris doctis bene de me meritis magnas ago gratias, maximas Paulo Wendland atque Georgio Busolt. Quid vero debeam Eduardo Schwartz atque Friderico Leo, verbis dicere non possum neque umquam obliviscar.